




1564
MONARDES
DE SECANDA VENA









[1551]

Last leaf with verses and colophon wanting

(Xeroxed from Med Soc Lond copy)

Nicolai Monardi Medici Hispalensis de secanda vena in pleuriti inter Græcos & Arabes concordia.

¶ Item eiusdem

DE ROSA ET PARtibus eius, De succi rosarum temperatura, nec non de rosis Persicis, quas Alexandrinas vocant.

ANTVERPIÆ
Apud Ioan. Richardum
in Sole aureo.



IN LAVDEM OPVSCVli Docti Medici Monardi, Franci Leardi hexastichon.

Quænā pleuritico Græcus certauit, Arabsq;
Alterius lateris vena secanda foret,
Orbe fere toto medicis pugnatur vtrinque,
Iudice sub lis hæc hactenus vsque fuit.
Græcus, Arabs, tandē nunc ponāt arma, qđ il (los
Monardi docti conciliauit opus.





VIRIS VNDEQVAQVE Doctiss. Medicis Hispalensib. Nicolaus Monardus Medicus, S.P.

VIDEO VIRI EMInentissimi, quæstionem adhuc esse in publicis Hispaniȩ scholis, quas Vniuersitates appellamꝰ, nec satis conuenire inter eos, qui primas ibi tenent in medicina, an in pleuriti, seu costarum dolore, sit phlebotomia facienda in ipso statim doloris aduẽtu, à latere cõtrario, an ab eodem latere? Quæstionem sanè vt à plurimis tentatã, ita à nemine (quòd sciam) hactenus solutam. Ego aliquot ab hinc annis, cùm apud meos præceptores Compluti adhuc agerẽ, non semel in hanc incidi difficultatem, deq; ea cum aliis aliquãdo

cõtendi,quã nuper in nostro dialogo (qui Pharmacodilosis inscribitur) obiter tetigi, nil aliud petens,q̃ vt vos ad excutiendam illã incitarem. Id quod in toto illo opusculo persecutũ me fateor, egisséq; hoc potissimũ animo, vt vos viros impensè doctiss. vestri officij cõmonerem, & ad examinãda velut classicum canerẽ, calcariaq; (vt aiunt) sponte currentib. submitterem. Nũc ergo huius rei nõ immemor, cùm aliquot viros nõ mediocris eruditionis & doctrinę videam in hac re disceptare, volui hanc quæstionem ex vtraq; parte propugnatam, & viros eminẽtiss. vtrinque certantes, in pacem & concordiam redigere. Neque verò alius scribendi modus arrisit, quàm vt ea quæ habui dicenda,

ad dialogi formam reducerem. Quem vos Doctores eximij serena fronte suscipite, in vestram fiduciam è nido paterno euolantē. Quòd si sensero hanc meam qualemcunque curam vobis non omnino displicere, ad maiora accingar, iudicio clarissimorum totius Hispaniæ Doctorum comprobatus. Valete, ac vestrum Monardum amantem vos mirificè redamate.



DE VENA SECANDA IN PLEURITI DIALOGUS, Nicolao Monardo medico autore.

Interlocutores duo Medici, Hieronymus & Dionysius.

HIERON.



VID rei est, ò Dionysi, vnde sic cogitabundus venis? Nam te video capite demisso, oculisq; in terram fixis incedentẽ, vt omittam quòd equus quoque tuus subinde gradum sistit, perinde ac si à nullo regatur: deniq; tu totus sic ambulas, vt ipsam cogitationem, qualis ab antiquis depingi solebat, mirum in modum effingas. D. Sic oportet ire Medicum semper, cùm in suis manib. agã

agantur vitæ mortalium. Neque est vlla tam parua corporis humani læsio, quæ non exigat à nobis non solum domestica studia, sed meditationẽ inter ambulandum. H. Curiosam rem narras, præproperam senectutem inquiris, rem paucissimis adolescentib. familiarem. D. Hoc nõ ætas, sed officiũ facit. H. Faciat homo quod in se est: quia sic satis præstat. D. Vt præstarem, eram nunc cogitabundus. H. Quid cogitabas? D. De morbo cuiusdam ægrotãtis, & de remediis quæ ei deberem adhibere. H. O nos laboriosos, quãtum nos obligant minutula? D. Hæc cura tam familiaris non est apud omnes. Vnusquisq; .n. talentum sibi mãdatum multiplicare cùm debeat, alius centenarios fructus

facit, alius nullos, quinpotius talentum ipſum terræ defoſſum abſcondit. Interrogatus olim philoſophus, quid potiſſimũ homines Deo conciliaret? reſpõdit: officium. Hoc nanq; relicto (crede mihi) adeò labor medicorum corporis & animi immodicus eſt, vt ad Deum hic viam affectent, nec fruſtra: & ſic omnes debitè fungimur officio. H. Ad rem redeam⁹: quonam morbo laborat, is quem viſere te dixiſti? D. Qui ad vocandum me venit, nunciauit mihi, illum ab ortu Solis pati dolorẽ lateris, quem dicimus pleuritin. H. Fortaſſe modò tecum cogitabas, quæ remedia magis illi conuenirent. D. Nihil aliud, q̃ iſthuc ipſum. H. Quid ergo potiſſimum placuit? D. Si dolor ſit verus, iuſ

ſurus ſum ſecare venam. H. Tam deliberatè phlebotomiam admittes? an ignoras eſſe vitandam? ſi dolor proueniat ex humore phlegmatico, aut ex humore cholerico, vt Auicenna iubet, loquendo de phlebotomia. D. Non malè probas, ſi cholera, aut phlegma ſint pura, nullaq́; ſanguinis, aliorumq́; humorũ admixtione: cùm tamẽ (vt ipſe Auicen. teſtatur) rarò dantur apoſtemata ſingularia. Quia humores faciẽtes apoſtema licet vnus nominetur, ſemꝑ aliorum humorũ mixturam habent, & vltra hoc, hæc apoſtemata vt plurimũ generãtur per viam defluxus. Fluunt .n. humores à maioribus venis ad minores, de his, ad poroſitates membrorũ tranſeunt. Vnde neceſſe eſt, ſi velis ante

cedentē materiam euacuare, phle
botomiā efficere: quapropter ab
ea incipimus. Verum eſt, quòd in
ſenibus & infantib. & vbi virtus
debilis eſt, niſi in his confiſi fueri
mus de robore membrorū, nega-
mus inciſionē venarum, ſed ven-
toſis, fricationib. cliſteribus, diuer
ſionem adimplemus. Galenus au
tem nos docet, in magno apoſte-
mate, & vehemēti dolore, magnó
q; caumate, ſanguinē emittendū,
& vſque ad defectionē. Non.n.ta
xat humores, ſiue ſint cholerici, ſi
ue phlegmatici. Tanta in his apo
ſtematibus inſurgit inflammatio
propter dolorem, quòd niſi p ſan
guinis emiſſionem humor diuer-
tatur, redditur apoſtema grauius,
& acriorum accidentiū. Tandē in
his apoſtematib. interioribus cali
dis

dis, magnũ ſanè remediũ eſt phle
botomia: quæ cùm ſit euacuatio
vniuerſalis, ĩ vniuerſum euacuat.
H. Gaudeo plurimũ, quòd in hũc
ſermonẽ incidimus: quia noſtra
tempeſtate nõnulli medici nouũ
ordinem ſeruant in inciſione ve-
narũ in pleuriti. Hi enim in quo
cunq; genere pleuritidis in prin-
cipio ipſius doloris temere & ſine
animaduerſione, ab eodem latere
vnde dolor pungit, ſanguinem e-
mittunt: atq; hac de cauſa, cũ hoc
ſit contra doctrinã noſtrorũ Me-
dicorum, Salmanticę & Complu
ti noſtrę artis Doctores digladian
tur. Quare quoniã aliquos auto-
res euoluiſti, eorumq́; es lector aſ
ſiduus, gratũ feceris, ſi pauliſper
inter nos de hac materia diſcepte
mus. Mihi. n. noua hęreſis videtur
in

cedentẽ materiam euacuare, phlebotomiã efficere: quapropter ab ea incipimus. Verum eſt, quòd in ſenibus & infantib. & vbi virtus debilis eſt, niſi in his confiſi fuerimus de robore membrorũ, negamus inciſionẽ venarum, ſed ventoſis, fricationib. cliſteribus, diuerſionem adimplemus. Galenus autem nos docet, in magno apoſtemate, & vehemẽti dolore, magnóq; caumate, ſanguinẽ emittendũ, & vſque ad defectionẽ. Non.n.taxat humores, ſiue ſint cholerici, ſiue phlegmatici. Tanta in his apoſtematibus inſurgit inflammatio propter dolorem, quòd niſi p ſanguinis emiſſionem humor diuertatur, redditur apoſtema grauius, & acriorum accidentiũ. Tandẽ in his apoſtematib. interioribus calidis

dis, magnũ ſanè remediũ eſt phle
botomia: quæ cùm ſit euacuatio
vniuerſalis, ĩ vniuerſum euacuat.
H. Gaudeo plurimũ, quòd in hũc
sermonẽ incidimus: quia noſtra
tempeſtate nõnulli medici nouũ
ordinem ſeruant in inciſione ve-
narũ in pleuriti. Hi enim in quo
cunq; genere pleuritidis in prin-
cipio ipſius doloris temere & ſine
animaduerſione, ab eodem latere
vnde dolor pungit, ſanguinem e-
mittunt: atq; hac de cauſa, cũ hoc
ſit contra doctrinã noſtrorũ Me-
dicorum, Salmanticę & Complu
ti noſtrę artis Doctores digladian
tur. Quare quoniã aliquos auto-
res euoluiſti, eorumq; es lector aſ
ſiduus, gratũ feceris, ſi pauliſper
inter nos de hac materia diſcepte
mus. Mihi. n. noua hęreſis videtur
in

in Medicina, detrahere ſanguinẽ in pleuritide ex eodem latere. D. Non eſt noua hæreſis, ſed ꝑ multos ante ãnos eſt agitata quæſtio. Lege Auenzoar, qui lib. 1. Theiſir tractatu. 16. cap. 3. taxat Medicos nouos ſui temporis, qui ſecabant venã ex eadem parte ęgritudinis. De hac re propemodũ diſceptarunt celeberrimi viri, quẽadmodum fuit Petrus Briſſotus, vir in vtraque lingua doctiſs. medicus German⁹, Dionyſius Medicus Luſitanus, deinde Leonardus Fuchſius in duobus locis, quẽ ſecutus Matthæus Curtius, vir integerrimus, ſcripſit quæſtionẽ de hac re non ſpernendã: poſtea aũt Cæſar Optatus Medicus Venetus, & Simphorianus Campegius, & Manardus Ferrariẽſis, Dominicus à Mel

gu-

gutia , Bartholomæus Emanuel,
AndreasThurinus Piſcienſis,&Io
chimus Medicus Germanus : &
lij cõplures viri non vulgaris do
ctrinæ. Vidéſne rem non eſſe no-
uam,nec omnino facilem,de qua
ot, & tanti viri doctiſſimi diſce-
ptarunt? H. Ego verò nunq̃ iſtos
Autores neotericos legi. Autores
ũt antiquos lego, qui ſunt meæ
ppinionis,puta Auic., Raſim,Ali
bbatem,Meſue,Auẽzoar,Auerro
n:& multos alios,qui iubẽt è di-
uerſo latere ſanguinem emittere.
D. Verum eſt, quòd Arabes ſunt
ſtud ſentientes, ſed Græci aliter
docent, quia in omni pleuriti ſe-
cant venam ex eadem parte. H.
Cuperem iſtos ſcire,locaq́; vbi id
habeant:mihi.n.fit difficile credi
u. Quia ſæpe legi, vt in pleuriti

aduenieпte, primũ ex parte dolori contraria aut opposita, incipiat fieri diuersio: & hoc didici à meis magistris: & adhuc video multos in hoc esse, & ego non contentus semel phlebotomiam præcipere, quando huic morbo curando accitus sum, sed ad quartam, & aliquando ad sextã venæ percussionem tendo, donec dolor vel absorbeatur, vel remittatur. D. Verum est, quòd Arabes plerique id habuerunt, quòd fiat diuersio per brachium contrarium, non tamẽ sic licenter, vt tu ais. Neq; .n. illi sanguinis detractionem ex parte opposita multiplicabant, nisi quatenus exigeret diuersionis necessitas. Quoniã in eorum scriptis nõ legimus multiplices phlebotomias pro diuersione facienda. Nam

&

& aliquando vrgente adhuc dolore ab ea parte, quæ dolore infestabatur, permittebāt phlebotomiā tanquam à loco patiente. Quis.n. nō videt per immoderatas diuersiones virtutem reddi debilem, in tantum, quòd ægrotus, quādo necesse est vt materias expellat per excreatū, aut per alias vias, ob virtutis penuriam nec excreare potest, nec morbum depellere? H. Non ignoro, quòd à parte affecta fiat aliquando incisio venæ, præcipue quoties tot præcesserint diuersiones, vt nihil humoris diuertendi iam reliqui fecerint. D. Si isthucusq; progredieris, vtrunque simul finieris, diuersiones & patientis vitam. Quapropter tot diuersiones non sunt multiplicandæ ex parte contraria. Veniendū

enim

enim eſt ad partem affectam aliquando diuerſionis gratia. Poſſis enim à loco etiam dolenti diuertere, licet nõ ſit diuerſio ſic diſtãs. H. Rem nouã mihi narras. Iſtud enim potius ego appello euacuatiuã phlebotomiam q̃ diuerſiuã. D. Galenus nullam aliam diuerſionem voluit niſi factam ex eadem parte, & indubitanter docet quòd ſi ex parte doloris fiat, mirum in modum prodeſt. Audi, qd in lib. 2. ad Glauconem, cap. 7. dicat autor ille, poſtquã fecit longam digreſſionem de reuulſione humorum fluentium, Et ſiquidẽ (inquit) dextra vteri pars affecta fuerit, ex dextra manu, aut crure, ſanguinem detrahes. Si verò ſiniſtra, à membris quæ illi è directo ſunt. Hoc enim ab Hippoc. prius

dic

dictum fuit, quarto regiminis acutorum, Apho. lxvij. quando dicit, Si dolor sursum penetrauerit ad clauiculam, mãmillã, vel brachium, internam brachij venam secare oportet, ab ea videlicet parte, quæ dolore fuerit affecta. Et libro. 1. de morbis, in eundem modum scribit: quem secutus Galenus lib. de sectione venarum, è directo factam ei, quæ ex opposito fit, mirum in modum anteponit, sic scribens: In pleuriticis, quæ è directo laborantis lateris sanguinis missio, efficacissimã sæpe vtilitatem attulit: ex opposita autẽ manu, aut omnino obscurã, aut post temporis interuallum. Huius rei non fuit immemor lib. 13. Therapeut. cap. 5. & multis alijs locis, q̃bus Brissotus, & Fuchsius,

& Curtius, ſuas Apologias adimpleꝛunt, huius opiniōis illuſtrandæ gratia. H. Quibus rationibus fuerunt fulti? D. Dicam libēter. Nam eò loci fluxerunt omnia ſuperflua, in partem videlicet debilem, & male affectam: & eſt vero ſimile, quod ĩ parte oppoſita ſunt paucæ ſuperfluitates, quæ poſſint diuerti. Quia dolore incipiente, iã illæ defluxerunt, quoniam dolorem effecerunt. H. Credo nō omnia ſuperflua defluxiſſe. D. Defluxiſſe ea, quæ dolori generando ſuffecerunt. Quapropter cùm Medici ſit, id auertere, quod maxime torquet ægrotantem, dolorem ſcilicet, quod iam tendit in apoſtema, cogitur phlebotomiam ꝓmittere à latere affecto vbi eſt apoſtema & dolor, vt humorem iamiam
ad

ad apostema aspicientem diuer-tat, & causam doloris euacuet, quod Galen. in locis citatis demonstrauit: quia huiusmodi phlebotomia diuertit primò & emittit sanguinem apostemati circumiectũ, deinde quod dolorem fouebat, euacuat: quo facto seruatur celeberrimus Galeni canon in Therapeutica, vbi monet omnem diuersionẽ fieri oportere per directionem. H. Etsi Galenus ita sentiat, stat contrà ratio ipsa, cùm nihil aliud sit diuersionẽ facere, quàm id quod iam est in fluxu, vel statim futurum diuertere per loca alia ab apostemate distantia. Vnde colligo istam nó diuersionem sed euacuationem esse. D. Istud falsum esse dicunt Græci, & eorum sequaces. Si enim aduertas, tantũ

diuertit phlebotomia ex doloris
latere, quantũ ex opposito facta.
H. Isthuc mihi prode, quia apud
me difficile est. D. In diuersione
id potissimum agit Medicus, vt di
uertat ex vena concaua, quæ qui-
dem vena numerosa est, ꝑ pectus
transiens, spinæq́; applicans sese:
atque summa cura Medici est, in
his passionibus ex medio pectoris
diuertere, simul ex ipsa vena con
caua, vt expellat sanguinem qui
ad apostema tẽdit. hoc nemo am
bigit. H. Nemo sanè. D. Ergo
metire, quantum distent interio-
ra cubiti dextri & cubiti sinistri à
vena illa concaua. H. Æquè di-
stant certe. D. Sanè, cùm æquè di
stet ab illa vena latus vtrunq;, &
sint ambo loca in æqua distantia,
æquè diuertit ab illa vena phlebo
tom

tomia facta à latere dextro, *ſicut* à latere *ſiniſtro*. Vltra hoc, quòd in phlebotomia facta è latere affecto, nõ ſolum fit diuer*ſio*, ſed illud quoq; quod dolorem faciebat elicitur, cuius depul*ſio* patiẽti eſt vtiliſſima. H. At nõ vides per inciſionem venæ eſſe humorẽ attractum in partem illam, foreq́; apoſtema deterius, cùm per ſanguinis attractionẽ reliqui humores ad illam partem defluant? D. Fluunt ſanè humores ſanguiſq́ue non ad partem læſam, ſed per venas, per quas ſanguis euocatur, quod tutius eſt & certius, magisq́; naturæ cõſentaneũ. Ego ſanè nõ poſſum mihi perſuadere, quonam modo pars læſa, debilisq́;, humores ſuffíciat attrahere ex parte integra, & forti, quod Galenus explicat li-

bro tertio de potentiis naturalib. H. Qua igitur ratione expellētur superflua ex loco opposito, quæ apta sunt, vt fiant apostema, nisi per phlebotomiam ex diuerso latere factam? D. Cum primū cœpit apostema fieri, reliqua membra vtpote fortiora deposuerunt quod ī ipsis erat viciosum, illudq; parti læsæ remiserūt, Docet hoc Galenus lib. 3. de potentiis naturalibus cap. 13. sic scribens: Quando ex corporis partibus aliqua ob quanuis dispositionem facta fuerit imbecillior, ex omnibus aliis ad ipsam confluere superfluitates est necessariū. Vnde iuxta Galeni doctrinam, nulla est diuersio magis vtilis, quàm illa, quæ ex loco affecto fit, quia ex illa parte deponuntur supfluitates, quæ sunt pa-

ratæ ad apoſtema procreandum. In oppoſita vero parte non ſunt ſuperfluitates, quæ poſſint ad affectam partem defluere, gratia cuius diuerſio fieri debeat, iuxta dictum Galeni, cum omnes ſuperfluitates defluxerunt ex vniuerſo corpore ad partẽ læſam. Nec hoc ſolum fieri in pleuriti voluit, ſed in omni quoq; morbo, qui poſtulet diuerſionẽ. Habet autem hoc ille lib. 13. therapeuticæ cap. 5. Satius igitur ſit, vbi partes, quæ ĩ ore ſunt, phlegmonem accerſere cœperint, deriuare ad nares. Pari modo venam quoque, vbi hæ partes ſic laborant, incidere humeralem in manu: ſi ea non cernitur, mediam. Vbi iecur, pectus, pulmo, aut cor ſic afficiuntur, internam. In angina primum in manibus, ſe

cundo eas, quæ ſub lingua haben tur. At iis, quę in occipite ſunt ſic afflictis etiam eam, quæ in cubito eſt, nec non eam, quæ habetur in fronte. Renibus vero & veſica, & pudendo & vtero ſic habentibus, eas, quæ in crurib⁹ ſunt ſitæ, ac potiſſimũ quæ circa poplitem ſunt. Sin minus, eas quæ iuxta malleolum. Ac perpetuo quidem in omnibus, quæ è directo ſunt. Vbi iecur phlegmone inuadit, quæ in dextra ſunt manu: vbi lienem, cõtrà. Hoc confirmat lib. 2. ad Glauconem, & libro de pręſagio & experimento. H. Fortaſſis Galenus huius opinionis cum Hippocrate ſolus fuit, nos vero aliorum opinionem, qui plures ſunt quàm duo in contrarium tenemus. D. Non Galenus ſolus, & Hippocr. huius

ſectæ fuerunt, ſed permulti alij. H. Ego neminem vidi, præter hos duos quos citaſti. D. Audi Oribaſium Sardianũ, capite de pleuritide ad Euſtatium, vbi inquit: Antispaſis fit, quando ex ipſa parte quæ infirmatur, proxima patienti loco inciditur vena. Splene patienti, de ſiniſtra manu ſecus digitum minor incidenda eſt vena, aut de ſiniſtro brachio, quæ eſt cubito proxima. Pleuritis autem ex ipſa parte quæ dolet, ſanguis eſt auferendus. Vides Oribaſium græcum archiatrum medicorum ſuo tempore, ex eadẽ parte in pleuriti iubere pertundere venam: quod Cornel. Celſus ſenſit li. 2. ca. 9. vbi taxat medicos, qui in dolore pleuritico faciunt diuerſionem à longinquis, quia à proximo loco in

pra

primis ipse exhaurit sanguinem. Quibus omnibus si adhibenda fides est, constat in inflammationibus (maxime in pleuritide) fieri debere phlebotomiam ex latere affecto. H. Autores isti Græci tenuerũt sectam Hippo. quem secutus est eius cõmentator Galenus. Galenum deniq; Oribasi⁹. Cornelius, licet Latinus, fuit simia Hippoc. Non ergo mirum videri debet, si priorũ viam secuti sint posteriores. D. Præter Græcos alij fuerũt huius opinionis. vide Constantinum Casianensem ex mente Isaac, lib. 3. viatici, cap. 12. qui in pleuritide venam quæ ex directo loci affecti est, secandam docet: quanquàm iste vir sit Arabs, non deuiauit ab opinione Græcorum. Ex quibus nihil aliud colligi potest,

test,nisi quòd in pleuriti in principio sit incidenda vena ex loco affecto, primum quia sanguis deterior meliori, ex vicinis partibus fluenti cedit: ipse autem, ex partibus, vnde elicitur, ilico migrat, & citissime à loco inflammationem patiente euacuatur, etiã si turget, quia in proximam venam, suam copiam exonerat, deponendo partem, quæ fouebat dolorem. Quod Galenus. 3. de crisibus demõstrat. H. Sat est. Velim audire sectam Arabum, quemadmodum iam latissime recitasti opinionem Græcorum. D. Imò vt potui breuissime, quod hi autores sentiant, explanaui, poteram enim adducere alias autoritates Hippocr. & Galeni, adamãtinis rationibus corroboratas, sed lege Brissotũ, Leonar
dum

dum Fuchſium, Manardum, Curtium, & Campegium, qui in hoc negotio defenſando partem Græcorum non parum temporis conſumpſerunt, & alios viros doctiſſimos, qui huius opinionis fuerũt.
H. Sinamus Gręcos, ad Arabes ſermonẽ vertamus, quid dicant Arabes, obſecro, priuatim narres, ſicut feciſti de Gręcis. D. Faciam libenter. Imprimis afferã dictum Aui. tanquàm Arabum principis, qui in lib. 3. loquens de pleuritide ait: Ex rebus communibus eſt phlebotomia, ſed ex principio ex latere diuerſo, & magis feſtina de ſaphena oppoſita in longitudine, & poſt ipſam de baſilica oppoſita in latitudine, poſt aliquos dies ex latere conueniente in latitudine.

Quem Meſue ſecutus, ſicut in

omni

omnibus, meliori modo ſe explicans, capitulo de pleuriſi, hæc verba ſcripſit: Si materia fuerit dilatata aſcendens vſq; ad furculam, & nōdum ex toto repſerit, ſed adhuc eſt, vt repat, phlebotometur baſilica ex latere oppoſito, & extrahatur de ſanguine, donec alteretur color eius, iuxta virtutis, & ætatis exigentiam, & quandoque apud pluralitatem repletionis iubemus phlebotomare ex ſaphena partis oppoſitæ, eſt eñ eius iuuamētum ſublime & feſtiuum. &c̃. Vides, qualiter Meſue ſecutus eſt Auicennam ferme per eadem verba, niſi quòd mutauit ſaphenam per directionem in partem oppoſitam, vt nō relinqueret membrũ abſq; inciſione? Auerrois autem hoc non prætermiſit lib. 7. ca. 29.

qui in inflãmationib. iubet phlebotomare partem contrariam, & Alſarauius Auicẽ. comes, tractatu decimo ſuæ practicæ, capi. de dolore coſtali, iubet incidere venam baſilicam oppoſiti lateris, & ſimili modo hoc ſenſit Haliabbas. 6. libro practicę cap. 13. Raſis nono ad Almanſorẽ, & lib. diuiſionũ, confirmauit hanc ſententiam. Auenzoar autem huius quæſiti inueſtigator, taxat medicos ſui temporis, qui in dolore coſtali ex eadem parte ægritudinis ſecabant venas, & credidit quod contrarium facere, ſit mors ægrotantis. Et ne moleſtus ſim, lege Dionyſium medicum Luſitanũ, & Hieremiã medicum Germanum, & Dominicum à Melgutia medicum Romanum, & Andream Turinum medicum

Piſci

Piscienſem qui aduerſus Curtium ſcripſit, vbi validiſſimas rationes & autoritates non ſpernendas ꝑ parte Arabum inuenies. Vidésne, quantum affert difficultatis hoc negotium ex vtraq; parte defenſum? H. Eorum quidem diſcordia me terret, velim vt inter viros longe celebratiſſimos, pacem componeres. D. Quis erit tam audax, vt inter totius medicinæ principes iudiciũ faciat? hoc eñ melius eſt legere, aut ſpectare, quàm literis mandare, hic abſq; labore fruimur literis, & ſuſurratione, illic vero periculum eſt certum. H. Si propter timorem blateronum nemo aut pauci ſcripſiſſent, in minima parte totius orbis fuiſſent literæ. Perge, & iudicium tuum profer, & ſummo opere inter hos viros

ros pacem concilia. D. Faciam libenter, ſed velim ne ex pace eorum inter me, & medicos neotericos inſurgat bellum. H. Nequaquam, quoniã ſapientium eſt laudare aliorum laborem . D. Si ſic erit, pergam . Apud medicos tam Græcos quàm Arabes, & Latinos, ſunt duæ intentiones pręcipuę, & celebriores in curandis apoſtematib⁹ intrinſecis, & extrinſecis, quarum prior eſt repellere humores, qui ad fouendum apoſtema ſubibant: poſterior eſt, humorem iam fluxum à loco apoſtemoſo deponere, quas præſeruatiuam, & curatiuam Græci vocant. Quod Galenus libr. 13. de ingenio ſcripſit. In quo docet, quòd duplex eſt intentio in curandis apoſtematib. vna, quæ prouidet futurum morbum,
quæ

quę deponẽdo causam, præcauet: altera, q̃ curat deponẽdo quod iã est fluxum: Quod alibi in eodem libro sic inquit: Cómunis omnis intentio euacuatio est: quicunq; verò adhuc fuerit priusq̃ euacues, est ꝓhibere sanguinem fluere ad phlegmonizandũ. Hoc tetigit cõmento.x. lib.ij. de ratione victus in morbis acutis, in quibus Galenus sicut cæteri Medici obseruat has duas intentiones: sed ex quo loco pertundatur vena ad prohibendum fluxum, hæc est lis: quia (vt nosti) Græci ex parte malè affecta incidunt venam diuersionis gratia, Arabes autem ex contraria parte. Ex quo apparet inter eos repugnantia, quam nitar totis viribus æqua lance componere: quoniã Græcorum placita impugna-

re, est subuertere totam machinã nostræ rei medicę. Si verò Arabũ, absurdum videtur: quia per multa sæcula eorum doctrinã patres nostri venerati sunt, (licet in aliquibus dormitarunt) & quia profitẽtur legisse se Græcos. Quapropter hoc bellum tam vndiq; consertum, in pacem, & salutem mortalium cõuertatur. Et si defecatis oculis prospexeris hoc negotium, omnes attingunt vnum scopum, quanuis ꝑ diuersas semitas. Quòd si cui nostrum iudiciũ fuerit iniucundum (vt prius monui) nõ pro iudicio, sed pro monitione deseruiat: & si has meas lucubrationes non improbaueris, animũ potius q̃ opus laudes, obsecro.

Apud omnes Medicinę cultores euidens est præceptum, quòd in

mor

morbis ſalubribus aſſignãtur qua tuor tempora, principiũ, augmentum, ſtatus, & declinatio. His temporibus à Medicis adhibentur remedia ſecundũ eorum qualitatẽ. Quoniã apoſtematibus calidis in principio ſunt ſalubria, frigida repellentia: & in ſtatu calida reſoluentia deponunt morbum. Tandẽ quod in principio eſt ſalubre, in ſtatu nocet. Quapropter Medici ſumma cura eſt, in omnib. morbis adhibere remedia ſecundum qualitatem temporis. Et quia in principio apoſtematũ (capiendo principiũ pro fluxu materiæ) fluunt humores ad partem affectã, & in illas partes deponunt membra ſuas ſuperfluitates, ob id Medicus in tali tempore nil aliud intendit, niſi ꝓhibere talem fluxũ,

& ad partes alias à membro morboſo diſtantes, humores deriuare, ne fiat propter talem curſum augmentũ in apoſtemate: quod Medici Neoterici deponere cauſam antecedentem vocant. Hoc Hippoc. lib. de natura humana, & Galen. iij. de ingenio, & lib. de phlebotomia, & Auicē. iiij. primi. x. iij. ſatis lucidè ſcripſerunt. Docent enim qualiter per diuerſiones factas ad alias partes à membro diſtantes, curantur apoſtemata: qđ à naturalib. nõ deuiat. Quoniam ſi aqua defluit ad aliquam partē, ſi ad aliam deriuetur, clarum eſt quòd ceſſat primus fluxus, & tendit ꝑ alias vias. Sic phlebotomia facta in principio morbi, deriuationem facit, & minorando cauſam antecedentē, deducit humores

res ad alias vias,& quod iam erat fluxum,beneficio naturæ aut Medici deponitur. Principium autẽ in his morbis profertur aut abbreuiatur ſecundum eſſentiam morbi,& ſecundum quantitatem aut qualitatem,aut accidẽtia eius,vel complexionem ægrotantis,aut eius obedientiam. Quoniam ſic habet dimenſionem & latitudinem, propter quæ difficile eſt aſſignare præciſam huius temporis edurationem. Sed Medici ob morbi acuitatem vt plurimum aſſignãt principio huius morbi (capiendo principium pro tempore fluxus) tres dies, in quibus poteſt fluxus decurrere ad membrum malè affectum. Hoc docet Galenus .xij. apho. primi lib. in hunc modum: Dicitur principiũ, quod eſt inter

primũ initium, & tres dies transeuntes: & sic in tribus diebus comprehenditur principium, & pars status, quod est tempus in quo potest fieri fluxus ad locum morbosum. Rabbymoses de Ægypto ex mente Galeni inquit: Euacuare sanguinẽ cùm proponis, comple eam in die propositi: & cùm proponis ipsum attrahere ad contrariam partem, attractionem ipsam noli complere primo die, sed eam reitera secundo die, & tertio. Tempora ista quanq̃ diiudicentur per pulsum, & exeuntia, veruntamen in his morbis, ea quæ per excreatum expelluntur, dant certius & magis euidẽs signum. Quia quando est tussis sicca, aut sputum indigestum, ad expulsionem difficile, tunc assignamus principium. Si

tuſſes ſunt humidiores, excreatus aliquãtulum concoctus, illud vocamus augmentũ. Quando tuſſis eſt plurima, excreatus lenis, albus æqualis, concoctus, æger bene ſpirans, hoc vocitamus ſtatum. Declinatio autẽ eſt, quando dolor febris & accidentia remittuntur. Lege Galen. libros, qui de criſibus denominãtur, in quibus membratim, quando de Anaxione pleuritico ſcripſit, hæc tempora aſcribuntur, quod. xij. apho. primi lib. meminit. Cognito principio, in quo venæ ſunt pertũdendæ ad diuerſionem faciendam, oportet ſcire, per quæ loca ſanguis mitti debeat, quod eſt noſtri quæſiti elucidatio. Ad cuius definitionẽ oportet audire Galen. 5. Therap. cap. 3. vbi numerat tria loca, ꝑ quæ poſ-

 ſe-

ſemus ſanguinẽ diuertere, in hũc modum: Oppoſita detractio ſic efficitur, ſi materia inferius deſcẽdat, ad ſuperiorem partem extrahatur, & econtrà. Si autẽ ad dextram, moueatur ad ſiniſtram, & contrà. Item de interiorib. ad exteriora, & contrà. Hæc Galenus. Hoc ſimiliter docet fermè per eadem verba Apho. 69.5. particula. Quod Raſis Arabs, inſequens eadem veſtigia, cum maiore ampliatione poſuit eadem verba .12. continentis, cap. 1. Reuulſio (inquit) vel ad contrariam partem attractio faciẽda eſt aliquo trium modorum, vel per longitudinem corporis, ſicut attrahitur ſanguis ad pedem in paſſione manus, & contrà. Vel per latitudinem, ſicut fit attractio ad partem dextrã, ſi materia

teria fuerit in finiſtra: ſed in profunditate corporis erit, quãdo attrahitur ſanguis in paſſione oculorum ad poſteriora capitis. Hæc *Raſis*. Vidésne, quomodo Raſis Arabs concordat cum Galeno Græco in his tribus modis diuertẽdi? Et quoniã hoc eſt noſtrę conciliationis fundamentũ, ſcribam quo modo Græci & Arabes in his tribus modis diuerſionis, attingunt vnum ſcopum, quo finito, erunt omnes cócordes, & tunc vno tramite & vno conſenſu medicabitur phlebotomia dolori pleuritico. Quantũ ad primam diuerſionem, quæ fit à ſuperiorib. ad inferiora, animaduertendũ eſt, ſi corpus ſit plethoricum, & virtus conſtans, quia tunc diuerſio fieri debet ad partes valde diſtantes, quo

niã

niã in principio morbi, exiſtente plenitudine, oportet deriuare humores ad partes longiſſimas, ſeruata oppoſitione iam dicta. Dicit hoc Galen. 13. Therapeut. cap. & diſtinctione. 2. Ad longiſſima (inquit) ſemper facias antiſpaſim. Et quia malleolus pedis eſt pars magis diſtans totius corporis, ob id à ſaphena fit ſanguinis emiſſio propter eius diſtantiam, quia ſanguis liberius diuertitur & deducitur à ſuperiorib. ad inferiora, q̃ ad aliũ locum. Auicen. cap. de phlebotomia monet, hanc phlebotomiam omniũ copioſiſſimè diuertere à membris ſpiritualib. & nõ ſolum ex ſupremis locis, ſed ex inferiorib. ſanguinem deponit, maximè quando eſt plenitudo, propter maximam colligantiã quam ha-

habet cum vena concaua. Et ipse cap. de curatione huius morbi docet, phlebotomiam factam ex saphena (quæ est opposita per longitudinẽ) esse in hoc morbo magis festinam, q̃ si fiat ex aliis venis propter rationes iam tactas. Galenus. 2. ad Glauconem, vocat hanc phlebotomiã antispasim, quia per locũ ab apostemate longè diuersum fit. Sic. 13. de ingenio, manu malè se habente, pedis eiusdẽ partis venam portundebat, seruando rectitudinem, quam is vult teneri in quacunq; diuersione rite faciẽda. Etiam hic modus diuersionis est laudabilis in pleuriti, quando timemus raptum humoris ad superiora, aut quãdo deficiunt euacuationes consuetæ, quæ modò intermissæ sint, quemadmodum

men

menſtrua, ſi deficiant, & hæmor-
rhoides, ſi non euacuent vbi erat
conſuetudo euacuandi: aut quan
do humor faciens pleuritidẽ fue
rit putridus, corruptus, ſapiẽs na-
turam veneni: quia deponitur per
rectitudinem & directionem. Eſt
alter diuertẽdi modus, qui ſecun-
dum latitudinem fit, qui tunc ha
bet locum, quãdo fit diuerſio ſan
guinis ad locum minimè diſtan-
tem, & tunc fit, quando plenitu-
do non eſt excellens, vt per loca
longè diuerſa deriuatio fieri debe
at, maximè quãdo dolor eſt in par
te ſiniſtra, quia euacuando ſangui
nem à dextra, ꝑpter hepatis ſitũ,
eſt diuerſio laudabilior. Hæc di-
uerſio, quæ intendit materiã per
partem oppoſitam ſecundum la-
titudinem extrahere, Docet Gale

nus

nus.5.particula Apho. commento.69.Nõ ſolùm (inquiens)intendit purgationẽ de locis infirmis, ſed materiam per partem oppoſitam ſatagit extrahere,quod ex cõtrario fit: Si ergo in latitudinẽ fe rit,à dextra in ſiniſtram,vel à ſiniſtra in dextram fieri innuit. Etc̃. Quod.5.Therapeut cap.3.confirmat his verbis: Oppoſita detractio ſic efficitur,ſi materia inferius deſcendat,ad ſuperiorem partem trahatur,& econuerſo: aut ſi ad dextram moueatur,ad ſiniſtrã, & contrà.Hoc ſimiliter docet.iiij. lib.cap.vj. Et.v.cap.v.Galen.lib. de ſanguiſugis & ſcarificatione,inquit:In his quæ intus,ſi ad dextrã repunt,ad ſiniſtram:ſi ad ſiniſtrã, econtrario antiſpaſandũ.Et de febribus ad Glauconem: Si dextra

pars

pars corporis patitur, ſiniſtro bra
chio vena feriatur: ſi verò ſiniſtra,
dextro: ita ſi inferior pars mole-
ſtabitur. Quoniã diuerſio quæ fit
ſecundũ latitudinem, eſt ſufficiẽs
humoris deriuatio, quando nõ eſt
plenitudo excellens, & quãdo nõ
deſiciunt euacuationes à natura,
aut ab arte per inferna conſuetæ,
& quãdo timetur animi defectio,
propter pedis venæ inciſionem.
Quia maior debilitas ſequitur ex
æqua portione ſanguinis extracti
per venã pedis, q̃ per alias venas.
Tertius modus diuerſionis eſt,
quãdo ſanguis deriuatur p̱ mem
brum propinquum apoſtemati, q̃
fit vbi non eſt plenitudo: quapro
pter nõ deriuatur ſanguis ad par-
tes à morbo diſtantes. De hac fe-
cit mentionem Hippoc. apho. il-
lo

ſo.v.particulę.Dolenti partem ca pitis poſteriorem,in fronte recta vena inciſa prodeſt. Quam ibidẽ Galen.ſecundum profundum vo cat,hoc eſt,ante & retro,vel de in teriorib. ad exteriora. Hæc diuer-ſio ſimul diuertit & euacuat, qđ Galen.voluit.xiij.Therap.diſtin-ctiõe.iij.cap.v. cùm de phlegmo-ne hepatis mentionem fecit, vbi inquit: Antiſpaſandum ſimul ab hepate & euacuandum phleboto mia,ſecundũ dextrum cubitũ in-teriorem venam incidens.Et lib. de phlebotomia, cùm de inciſiõe venarum per directionẽ mentio-nem fecit,Non ſolùm (inquit)eſt auxilium euacuatiuũ, ſed antiſpa ſticum.Et quãdo curat apoſtema oculi dextri,quando incidit venã eiuſdem brachij,vocat eam diuer

ſiuam & euacuatiuã. Diuerſio autem quæ ſecundũ partem coniunctam fit, tunc eſt neceſſaria, quando membra affecta ſunt in medio corporis, velut hepar & ſplen. Et ſic Galen. in locis iam citatis, hepate malè affecto, incidit venam eiuſdem partis : & eodem modo ſplene morbido, fit ex parte eadẽ, quoniã ſimul euacuat & diuertit, diuertit eñ ex vena concaua, euacuat autẽ illud quod erat paratũ fieri apoſtema. Secamus venam eiuſdem partis in pleuriti, quãdo virtus ægrotantis eſt debilis, quia quantum diuerſio elongatur, tantũ natura debilitatur, vt habetur à Galeno, lib. de phlebotomia Fit etiam quando iam humor eſt fluxus ad locũ apoſtematis alio non fluente, aut quãdo humores ſunt

pauci in corpore, aut quia eſt imbecillis per aliquas euacuationes factas, à natura, aut per artem, aut quando humor eſt venenoſus, qa tunc nulla eſt vtilior diuerſio, ne fiat tranſitus materiæ ſupra membra præcipua, vel quando humor faciens pleuritim fuerit cholericus, vt voluit Raſis li. diuiſionum, quoniam in his per cathexin, ſeu per directioné ex parte membro propinqua, diuerſio fieri debet.

Hi ſunt tres modi diuerſionis à Græcis tacti, à quibus Arabes non deuiant ſi bene proſpexeris, vt Auicenna docet loco citato de curatióe pleuritis. In principio enim incidit venam oppoſitam in longitudine, quæ eſt de ſaphena eiuſdem partis, intellige, ſi nimia fuerit plenitudo, vt declarat Meſue,

& in casibus iam dictis:& si minor fuerit, de vena opposita in latitudine, quæ est de brachio altero. Quando pauca plenitudo est, aut fuerit materia iam fluxa, ab ipsamet parte docet pertũdere venã. Vides, quomodo in omnibus concordat Auicen. cum Galeno, & cæteri Arabes hoc prædicant & docẽt, quos nõ oportet narrare propter temporis angustiam, quoniã eos euoluisti quotidie. Græci em̃ non meminerunt de incisione venæ malleoli pedis, explicando venam nisi secundũ modum iam dictum: sed imprimis iubẽt pertundere venam per partem oppositã. H. Miror quidem quòd Græci nudis pedibus incidant venam brachij contrarij: sed dum tuam conciliationẽ audirem, quam laudo, quia

quia mirum in modum ad vnum ſcopum eos reduxiſti, latitabat intus obiectio quædam: Quod Galenus in his tribus modis diuerſionis intellexit in apoſtematib. exterioribus, non autẽ interioribus, vt pleuritide. D. Si in apoſtematibus extrinſecis eſt neceſſaria diuerſio per diuerſa loca, ne offendantur membra ignobilia, quãto magis membris præcipuis offenſis & malè affectis conuenit auertere ſanguinem, & alios humores ad membra ignobilia, ne fluxu eorum apoſtema in eis genitum augeatur: quia ſi aliquod membrũ intrinſecum patitur ægritudinẽ, maior cura eſt apud Medicum, ne tale membrum propter multitudinem corrumpatur, q̃ ſi extrinſecum ſit: quoniã primo deperdito

deperditur vita, hoc verò quanq̃ deperdatur, non perit indiuiduũ. Sed ad diuerticulum veniamus. Græci.n.nõ fuerunt immunes ab incisione venarum ex latere contrario. Audi Gariopontum medicum vetustiss. qui lib.ij. cap.lxv. inquit: Quòd si hæc adiutoria minimè profuerint, de matrice contrarij brachij phlebotometur. & pòst in cap.lxvj. Aut si phlebotometur (inquit) ante triduum, prouidendum est, vt ex brachio lateris vbi dolor nõ est, sanguinẽ mittant. Hæc Gariopont. Quod Aëtius Amidenus lib.viij.cap.lxviij. ex mẽte Archigenis, his verbis cõfirmat: In his verò qui acuto morbo (vt diximus) infestantur, siquidem circa mammas ac clauiculã hæreat dolor, venã incidere oportet,

tet, vt dictum est in brachio, non eo, quod rectà ab inflammato latere procedit, sed opposito. Quibus verbis hi viri sapientiss. monent diuersionem fieri secundum latitudinẽ. Verum est, quod aliis locis meminerũt de incisione venarum secundũ longitudinẽ, & in aliquibus ex eadem parte, sicuti fuerit morbus & accidẽtia, & tempora morbi. Sunt .n. casus innumeri & diuersi, qui possunt euenire, quoniá aliquando vnum, aliquando aliud oportet exercere. Nam Galen. in eo, qui manu altera laborabat, iubet secari venam ex manu opposita, & in alio loco, ex pede eiusdẽ lateris, & ipse met quãdoq; incidit in hoc morbo venã basilicã alterius manus, quandoq; eiusdem partis. Quoniã nul-

lus eſt ſic circunſpectus medicus, vt ſcribat, aut doceat, quæ paſſim euenire ſolent in morbis, quidq́; in quaq; re ſit faciendum. Multa enim relinquũtur iudicio viri exercitati & periti in ſcientia: quoniam vt ſeſe habet negociorũ varietas, ita variam Medicus adhibebit diligentiam, in diuertendo aliquando ad partes longinquas, ſi morbus poſcit, aliquando ad minus diſtantes, & ab ipſamet parte, ſi res exiget, & ſi opus eſt abſq; incisione venarum diuertere, cucurbitulis, fricationibus, ligaturis, vt docet Gale. vj. epidimiarũ, faciendum eſt. Tandem vt Galen. docet ij. lib. de regimine victus in morbis acutis cõmento. x. Omnis intentio in dolore coſtali, eſt euacuare ſanguinem. Et ſic quomodo-

cun

cunq; euacuatiões & diuersiones fiant, prosunt, & sanant laborantes hoc morbo, non ob aliud, nisi quòd phlebotomia qũocunq; facta sit, prodest: quoniã vt ipsemet Galenus monuit, vndecunq; fiat, in vniuersum corporis euacuat, propter successionem sanguinis. Galenus autem & Auicenna, propter magnam necessitatem phlebotomiæ, nõ inuenta basilica, incidunt nigram: & non inuenta nigra, cephalicam, quæ vena nullũ aspectum habet ad latus, sed propter causas dictas, vndecunq; fuerit incisa vena, prodest. Vnde si pluresq̃ mille phlebotomati sunt ex vena eiusdem partis, & sanati sunt: non miremur, nec si viginti milia phlebotomata sunt ex parte cõtraria, & consecuta sunt sani

tatem. Neq; aliam ob causam has diuersiones facimus, q̃ vt per alios canales declinemus id, quod augere poterat apostema. Copia enim sanguinis cum aliis humorib. in locum malè affectum esset peruẽtura, nisi per partes à morbo distãtes diuerteretur illud, quod fluebat ad locum apostemosum, quæ fieri debet secũdum maiorem aut minorem plenitudinem. Quia in curandis morbis Medici seniores, in aliquibus locis tantum de diuersione meminerunt, aliquando de euacuatione, aliquãdo de euacuatione & diuersione simul. Vnde Galenus. xiij. de ingenio, in passionibus capitis secat venã brachij pro diuersiõe, postea verò incidit venã frontis pro euacuatione. Et lib. de phlebotomia in passioni-

ſionibus capitis, non meminit de diuerſione, ſed primo occurſu ſecat venam frontis. Auicenna cap. de phlebotomia, iubet incidi venam brachij & malleoli pedis, in morbis capitis. Et cap. 29. prima tertij, incipit à cephalica abſque alijs diuerſionib. Hoc euenit, aut quia in vniuerſalibus poſuerunt vniuerſalia, & in curandis morbis particularia, vel quòd in ſcribendo non ſeruarunt tantum ordinē quantum nos volumus, quoniam ſi eorū dicta abſq; ſale deguſtare velis, omnia erūt plena acerbitatis & amaritudinis. Sed à medico ea quæ morbo ſunt neceſſaria tali modo diſpenſentur, vt diſcernat, examinetq; illa pro ſua induſtria, & ingenioſa prudētia, comparando omnia ad antiquorū medicorum

rum dicta. Quoniam docti artem pepererunt, & per doctos est interpretanda. Habes igitur mi Hieronyme quàm potui breuissimè, ob temporis penuriā, quid de hac re sentiam: quippe quib⁹ satis est, monstrasse viam vt proposui, aditusq́; rerum, per quos sapientiores ad vltima possint penetrare.

H. Sermo tuus mihi fuit pergratus, qui vtrorumq; autorum Arabum, & Græcorum doctrinā defendisti, atq; conciliasti: qui & si in principio visi sunt sibi inuicē repugnare, nunc omnes videntur rectè sentire, & eorum doctrinam si sit opus amplecti, tutissimè possimus. Sed dum tuas literas audirem, venerunt in mentem aliqua, quæ non sunt minoris difficultatis prædictis, in quibus videntur

deuiare Arabes à Græcis, & neoterici ab antiquis. D. Nitar mi Hieronyme totis virib⁹ elucidare tuas obiectiones. H. Primum eſt, quādo in dolore coſtali pro diuerſione incidimus venam, nōne debem⁹ multiplicare phlebotomias ſicuti noſtris temporibus à medicis neotericis fit? D. Atque iſthuc ipſum ego indignor aduerſus medicos, qui in qualibet pleuritide ex latere oppoſito crebro multiplicant phlebotomias, nec aduertunt, an humor ſit cholericus, qm̃ vt Raſis voluit, tunc non oportet diuertere per membra lōginqua, an ſi fluxus finem fecerit, an humor fouens morbū ſit paucus, an æger ſit imbecillis, quoniam tunc oportet incidere venā pro diuerſione, ex eadē parte. Sed dum patitur

titur dolorem, nil aliud quàm temere diuersiones iniungunt, efficiuntq́;, vt æger nó possit, quando opus est, expellere per excreatum superflua, (quod est magis necessarium in curandis his morbis) quia virtus redditur debilis, ꝓpter multiplices diuersióes, vt Galenus docet. Per diuersiones (inquit) debilitatur virtus naturalis, idq́ue magis, quò magis distátes fiant. Quare aduertát medici diligéter hoc, caueantq́; permittere diuersiones postquàm fluxus cópleuit suum opus, deposuitq́; suas superfluitates in membrum male affectum, quoniam túc ex brachio eiusdem partis est permittenda phlebotomia, quæ diuertit, & euacuat, qđ erat paratú fieri apostema. Neq; sic est temere permittenda phlebo-

botomia, per partes valde distan-
tes, ratione diuersionis, nisi humo
ris fluxus ingens sit, & magna ple
nitudo per totum corpus. Et cre-
do in hoc errasse perplures medi-
cos, qui in omni pleuriti, nullam
consideratioнē habētes ad fluxū,
neque ad plenitudinem, neq; ad
causam morbi, neque ad tempo-
ra eius, dolore existente (etiam si
non sit intensus) semper pertun-
dunt venas oppositi lateris: vnde
fit, vt sequatur virtutis debilitas,
ex qua mors. Nam teste Galeno
x. Therapeuticæ, cap. v. Robur vir
tutis est vna salus peripneumoni
cis, & synāchicis, & pleuriticis. Vn
de iudico, & pro certo habeo, quòd
melius est aberrare phlebotomā-
do venam eiusdē lateris ante tem
pus, quàm phlebotomare venam
oppo

oppositi lateris post tempus. Et si per talem phlebotomiã fiat humorum attractio ad partem affectam, per secundam venæ percussionẽ deponitur illud, quod erat attractum. Quod Alexãder Iatros voluit, in phlebotomia ex vena frontis, quando fit nõ præcedente alia diuersiõe. Præsertim quòd vt Conciliator refert, nunquã medicus accersitur in ipso statim doloris initio, sed transactis diebus duobus, aut tribus, post impositos scilicet mille sacculos terrę calidæ, furfurum, herbarum calidarum, adhibitis ouorũ crustis, panisq; ceratis, cum omni genere calidorum, quæ maiorem faciunt attractionem, quàm sponte fuisset, accelerantq; fluxum materię, multo antequàm debuisset confluere,

vnde

vnde fluxus ante trãſactus eſt, ex parte nimiæ attractionis medicinarum calidarum. Tunc enim tutius eſt ex parte coniuncta ſanguinem auertere, q̃ per partes valde diſtantes. H. Quando ex parte dolenti ſanguis euocatur, ex qua vena fieri debet phlebotomia? Nam quàm plurimi medici Arabes, et neoterici, pertundunt venã communé, quam nigram vocant. Græci autem baſilicam incidunt, res quidem non minoris difficultatis ſuperioribus. D. Nos Hippocratis, & Galeni autoritatibus edocti, baſilicã pertundimus. Nã ſi recte aduertas anatomiam venarum, & vnde baſilica deriuatur, inuenies eſſe ramum venę concauę, atque ab ea ſparguntur venę, quę nutriunt coſtas, & hęc vena reſpicit

cit plus alijs partes illas: quod liquidò agnoſces, ſi legas Auicennã de anatomia venarum. Neque verò, propterea vena nigra dicitur, quòd componatur ex duobus ramis, altero à baſilica, altero à cephalica: ſed dicitur cómunis, qa ſanguinẽ ſuſcipit ab eis, quia cõmunis vena fuit formata, quando fuerunt aliæ duæ, & vna non fuit prior altera, ſed formatæ fuerunt ſimul, ſed ſanguis pro nutritione membrorum à prædictis duabus ad eam tranſit, quapropter euacuat à partibus ſuperioribus, vtpote à capite & collo: & ſi à pectore aliquid euacuat, fit ratione ſanguinis qui mutuò capitur, quoniam ipſa vena cómunis ex ſe nullum aſpectum habet ad pectus, neque ad partes eius. Baſilica enim hoc

muneris præstat, vt euacuet sanguinem à pectore &ventre, vt Galen.xiij.de ingenio curando phlegmonem docet. Si hepar(inquit) vel thorax, vel pulmo, vel cor, patiuntur, interiorem oportet incidere venam. Quod Rasis.7.ad Almansorem voluit, &Mesue, & alij q̃ plurimi ex neotericis. Verũ est, quòd Galen ad Glauconẽ incidit communẽ, & cephalicam eiusdẽ partis, nõ apparente basilica: tanta est necessitas phlebotomiæ, vt iam diximus. H. Velim à te scire, quantum sanguinis subtrahatur? D. Hippoc. voluit, donec color sanguinis mutetur. Galenus, quòd deponatur magna sanguinis copia vt dolor remittatur, & inflammatio absorbeatur. Hoc factitabãt Græci, Galen. præsertim,

qui ſemel quantum ſanguinis vi
debatur commodũ exhauriebat,
donec animo deficeret patiens.
H. Nolo in his Græcorum viam
inſequi: Arabes autẽ non tam au-
dacter deponunt ſanguinẽ. Audi
Auicennã, cap. de curatiõe febriũ
in vniuerſali: Conſiliũ meum (in
quit) eſt, phlebotomia quòd di-
mittatur quantum poſſibile fue-
rit: ſi autem nõ eſt poſſibile, tunc
multiplicatio numeri eſt melior
multiplicatione quãtitatis. Opor
tet ergo, vt non euacuetur multũ
ſanguinis ſubitò. Vides, qualiter
Auicen. taxat euacuantes ſangui-
nem in multa quantitate. Et hoc
docet cap. de ſpaſmo: Et non ex-
trahas totum quod neceſſariũ eſt
ex ſanguine. Et ĩ cap. de curatiõe
cachexię: Si phlebotomia neceſſa
ria

ria eſt, partire eam in tribus dieb. aut quatuor. D. Obſtrepere tamen deſine, ne te terreãt Auicennę dicta, quoniã ipſemet Auicen. quem citaſti, aliud ſenſit, aliis locis, quibus vſque ad ſyncopin extrahere ſanguinem nos monet. Et ne deſiſtere deſinas à phlebotomia copioſa, ſi neceſſaria eſt, quia ipſe in cap. de cura febris ſanguinis, Euacua plurimũ ſanguinis (inquit) Et paulò pòſt: Non ceſſes phlebotomare, donec æger appropĩquet ſyncopi, aut cadat in ſyncopin. & in curatione ophthalmię: Et fiat phlebotomia vſquequo timeatur lipothomia, & curando fluxũ ſanguinis nariũ, extrahatur ſanguis vſq; ad ſyncopin. Et in cura præfocationis, extrahatur ſanguis vſquequo appareat ſyncopis. Et cu

 rans

rans tremorẽ cordis, approbat ex
tractionem ſanguinis vltimã. Et
curans lepram, vſque ad defectio
nem ſanguinẽ deponit. Hoc aſſe-
rit in cap. de curatione prunę, &
ignis perſici. Et de curatiõe quar
tanę. Et cap.de curatione chara-
bitus, Et de apoplexia. Et de cura
tione apoſtematis calidi hepatis.
Galenus huius rei nõ immemor,
lib.de phlebot. vnica vice Romæ
libras ſex detraxit ſanguinis, & a-
lia vice cotilas ſex. Et ĩ libello de
prognoſticatiõe, quatuor libras &
dimidiã exire permiſit. H. Iſtud
habet locum, quando non percu-
titur vena niſi vnica vice tantũ.
D. Auicen.cap. de vomitu ſangui
nis, poſt egreſſionẽ duarum libra-
rum facit aliam phlebotomiã, &
Galenus hora quinta extrahebat
tres

tres libras ſanguinis,& hora vnde cima eiuſdem diei libram vnam. Et ſi in prædictis morbis extrahitur ſanguis, vſque ad animi deliquium, quanto magis in his apoſtematib. quibus ſanguis turget, & alij humores infeſtanter abundant, quorum ſumma cura eſt (vt Galen. refert) ſanguinis euacuatio. Et ipſe in apoſtematibus magnis,& in dolore vehemẽti,& magno caumate. lib. de phlebot. docet deponere ſanguinem, vſq; ad defectionem: ex quibus videtur, ſi antiquorum cõſilio curare vis, non tam exiguam quantitatẽ ſanguinis eſſe deponendam, ſicuti apud aliquos Medicos Neotericos paſſim fit. Sunt enim q̃ plurimi, q virtute & robore pollentib. nõ deponũt vltra duas vncias, aliquan-

 do

do duas & dimidiam. quando em̄ res ipſa popoſcerit, extrahēda eſt in ſufficienti quantitate, maximè quādo morbus eſt magnus, & æger eſt carnoſus, potens, virtute & ætate conſentientib. Quando virtus, aut ætas, aut habitudo, & aliȩ res neceſſariæ ad euacuationē copioſam repugnant, tunc ipſemet Gale. nos docet lib. de phleboto. quòd melius eſt, ſi nihil properat, primam ablationē deficiētiorem facientem, ſuper auferre iterum ſi volueris, & tertiò. Hæc ſufficiant, quoniā iam bonā diei partem cō ſumpſimus. H. Hoc tantùm velim à te ſcire, quibus eduliis interdum veſcuntur. D. Plura q̃ promiſeram ſolui, maioremq́; morā q̃ credideram feci. Multa non mediocris eruditionis poſſemus euol
ue

uere, ſed relinquamus viris ſapientiſſimis, qui de hoc morbo praxim ſcripſère. Quòd de victu interrogas, veſcantur ptiſana hordeacea, amigdalis, panata, & ſimilib. & ſi virtus exiget, iure parui pulli.
H. Nónne tribuis lentes cum aceto, vt Auicenna docet cap. iij. fen. xiij? Et cibi eorum (inquit) ſint lentes cum aceto, & ſimilibus. Et eſt cõmunis vſus noſtrorum medicorum, in omni pleuriti paſcere ægrotantes lentibus. D. Miror quidem de Auicenna, quia in verbis ſuis apparet repugnantia, dixerat enim prius, Et non dentur eis infrigidantia, & ſtiptica: prius prohibet frigida, & ſtiptica, poſtea verò exhibet lentes cum aceto. Lentes enim aſtringunt vehementer, & maximam ſtiptici-

 ta

tatẽ habent. Audi Hippoc.iiij. Regiminis acutorũ, textu .lxxxviij. Lens (inquit) abſtringit, turbationemq́; facit. Et Galen. lib. de ſimplici medicina eum ſecutus, Lentes (ait) vehemẽter aſtringunt, & deſiccãt in .ij. ordine, & ſiſtunt vẽtrẽ. Hoc confirmat Paulus, & prædicat Aëtius. H. Nõ minor diſcordia eſt inter Græcos & Arabes, de exhibitione lentiũ in pleuritide, q̃ erat, per quæ loca eſſet ſecanda vena ꝓ diuerſione. Et poſtq̃ inter hos viros cœpiſti pacem ſerere, in his etiã aliquo medio eos cõcilia, ne propter lentes diſſideant, poſtq̃ in venis pertundẽdis in morbo hoc fuerunt concordes. D. Faciã libenter: quandoquidẽ ipſe litem ſeui, æquum eſt per me etiam in gratiam rurſus redeant. Galenus
lib.

lib. 2. de ſimplici medicina, & Aui-
cen. 1. cap. 2. canonis, numerãt cõ-
plures medicinas quæ habent du-
as virtutes contrarias, vnam poſi-
tam in parte ſuperiori, alteram ve
rò in parte interiori, ex quibus p
coctionem fit ex vnaquaq; earum
ſubtractio. Exemplum ponit Aui-
cenna in caulibus, in quibus ſunt
duæ virtutes, vna calida, nitroſa,
exiſtens in parte exteriori, alia ve-
rò groſſa, terreſtris, cõſtituens ſuã
corpulentiam, & ſubſtãtiam, qui
quando decoquũtur coctione le-
ui, pars ſubtilis abſterſiua (quam
propter nitroſitatẽ habet) rema-
net impreſſa in aqua, & pars ter-
rea ſtiptica permanet in corpulẽ-
tia: quoniã decoctio diuidit illas
duas virtutes, & facit ſegregatio-
nem inter eas. Quod in lentibus

eodem modo contingit, quoniam in eis eſt duplex virtus, vna abſterſiua, calida, quæ in cortice inhæret: altera ſtiptica, frigida, & ſicca, quæ partem interiorẽ corpulentam conſtituit, quarũ eodem modo ſicuti in caulibus per coctionẽ fit ſeductio. Quod Dioſcor. lib. 2. cap. 98. docet: Aſtringendi vis & natura lenti eſt, ideóq; aluum ſiſtit cortice ſuo prænudata, diligẽterq; elixa. Et paulò pòſt: Prima in coquendo diffuſa aqua, aluum enim ſoluit, primũ eius decoctũ. Eadem ferme verba Galen. prædicat lib. 8. de ſimplici medicina. Et Paulus, à quo Auicẽ. verba ſua interpretatus eſt, in hũc modum inquit: Ius verò lentium cum aceto & garo ſumptum, ventrem ſoluit. Ex quibus videre potes con-

cordiam inter Auicennã & autores Græcos: quoniã Auicen. intellexit de iure lentium leui coctiõe facto, non autem de lentibus diligenter elixis, cortice prænudatis. Sed quoniã alimentis, de quibus est suspitio, vt Gale. refert, parum est vtendum, idcirco Medici edocti, summo opere cauere debent, ne tribuant lentes pro victus ratione habẽtibus pleuritin, quanuis primũ eius decoctum abstergat, & ventrem molliat: astantes verò, qui ægro alimẽta præparãt, nõ sic edoctè sciũt decoquere lentes, vt primum eius decoctũ permeet mollitiuum, vt illæ duæ virtutes segregẽtur per coctionem. Imò nostris temporib. vsq; ad earum fractionẽ decoquũt, & post coctionem eas sic cõterunt, vt no
uum

uum genus cibi efficiatur. Vnde melancholicum humorẽ augent, aluumq́; cõpescunt, cùm sit legumen vitiosi cremoris, & sua stipticitate astringunt, obturãt vias & meatus, vnde sputũ & excreatus, (quod mirum ĩ modũ in pleuriti est summa cura) occultantur. Vnde Gale. vt hunc errorẽ vitare possimus, lib. 1. de vict. rat. in morb. acut. com. 27. in hunc modum nos docet: Lentes aceto cõfectas pleuritico, q nihil aliud q̃ coctorũ expuitiõe indigebat, quas exhibuit Medicus, nõ immerito ægrotans ipse, insequenti nocte suffocatus est. Quibus verbis Galen. monet, ne lentibus vescãtur, qui pleuritico morbo laborãt, ne sputũ & excreatus prohibeãtur, propter suã stipticitatẽ. Quoniã nulla alia cu

ra post venarum incisionẽ debet esse apud Medicũ in curatione huius morbi, q̃ sputum & excreatus reddere facilia. Quod nos monuit Hipp. lib. citato. &. 2. prognost. Et ipsemet Auicẽ. nihil aliud nititur docere in illo cap. nisi quòd pleuriticorũ summa cura est, sputi facilitatio, quod oẽs Medici debent multi facere. Hæc mi Hieronyme de lentib. sufficiant, qm̃ tempus est vt nostris negotiis operã impẽdamus. Liceat mihi p te meũ modo obire munus, cũ aliud sese tempus magis opportunũ dabit, tibi plura expediã libẽter. H. Gratũ mihi nunc fuerat futurũ, nequeo tñ ratiõi, quã p̃tendis, repugnare.

Honor & gloria soli Deo optimo maximoq;.

RODERICVS MAN-RICVS ACVNIVS, Lectori. S.



Ominem variis & inhęrentibus, pertinacibusq́; morbis obnoxium eſſe, ſanè vel in ſe vnuſquiſq; accuratè experitur. Et ni ingẽti Dei munere occurſum fuiſſet neceſſitati, quam ſua culpa parauerat, haud dubiè deſperandum penitus erat quũ ſe nec punctũ quidem temporis ſubſiſtere arbitraretur. Qđ ſanè Medicinæ ſubſidiũ fuit vberrima naturæ dos, ac beatiſſima: Huic vni nationum penè omniũ conſenſus, quarum ad nos vſq; fama peruenit, ſemp fauentiſſimus fuit: & admiratores, nedum autores, tanto proſecuta eſt fauore Roma

mana, Græcaq́; antiquitas, vt locum inter Diuos aſſertione quadam ſtupenda pſcripſerit. Teſtantur Græci autores quæ de Apolline, Æſculapio, Chirone, innumeriſq́; aliis literarum monimentis tradidêre. Populus verò Roman⁹ nec in minori religione coluit: nã ab ea tempeſtate qua cœpta tradi in Vrbe terrarum victrici fuit, amplius quoddam & diuinius inuectum Vrbi arbitratus eſt. Sed ſi omnia veterum exempla admiranda atq; viſenda recenſere vellem, raram fidem inuenirem tanti laboris commendatione: cùm indubiè ſi dignitas proferenda explicandaq́; foret, admirabilis quædã ac diuina ratio erit neceſſaria. Porrò in naufragio illo ſcientiarum, & clade diſciplinarum, nec inſau

cia extitit: nă tot ac tantis eſt oblæſa vulnerib. vt mortaliũ omniũ corpora grauia diſcrimina ſubierint, donec renaſcẽtib. diſciplinis homines excellenti ingenio & doctrina præſtanti reparationẽ, quã expoſcere videbatur, innixius prę ſtitere: quod ſanè magna laude in gentibusq; præmiis perfectũ eſt: quæ res effecit, vt nec in ſalebris hærerẽt magnitudine ſua, & ſi ſolet hoc efficere dulciſſimus ille tyrannus Labor: ſic apud Italos Leonicenus & Manardus, apud Gallos Ruellius & Guinterius. Apud Anglos ynus Linacer rarum huius artis exemplum. Apud Germanos Cornarius & Fuchſius. Sed apud hos omnes agmina penè doctiſſimorum hominũ magno molimine ſic rem tractarunt, vt exci

ri

ri è Aſia Greciaq́; in reliquam Eu ropam putaretur.In Hiſpaniis ve rò rari extitêre patrum & auorũ memoria,qui rem tam oſcitanter & neglectim tractatã,diligentius accurauerint: quinimo ita artem reiecere, vt in diuinationẽ quandam pragmatices & emperices di lapſi fuerint . Conflata eſt igitur curandi quædam ratio,expers totius artis , quam ne fando quidẽ homines audierunt,donec florentibus ingeniis,quæ olim præſtantiſſima apud Hiſpanos fuere,fœlicibusq́; auſpiciis priſtinum nitorem videtur recuperare . De quibus omnibus ſi dicere inciperem, quæ ſentio,iuſta mihi eſſet texenda hiſtoria.Sed inter omnes hanc laudem magna cum fœlicitate vi detur aſſeruiſſe Nicolaus Monar-

dus, huius opuſculi Autor. Nam quum ſit diligẽter verſatus in autoribus vtriuſq; linguæ, dexteritate quadã vel ſuperat æquales, vel æquat eminentiſſimos quoſque. Cùm verò huius rei magnum ſpecimen, & præiudiciũ prębere temporius potuiſſet, modeſtia quadã videtur ſubterfugiſſe, quæ alij temere occupauerunt : nõ quòd vereretur quò minus plauſum & fauorem hominum conſequeretur, ſed quòd ſtudiis deditus ex animo demiſerat, & rationes omnes aliò direxerat: cùm ſatius putaret ad eas cogitationes, & iudiciũ referre, quæ acriore ſtudio & diligẽtia pertractare concupiebat, vnde maturior vtilitas proſiliret. Quas voces, & ſi profectas à pectore planè modeſto videbã, conatus ſum
non

nõ ſemel propellere. Ipſe verò tacita quadam obſtinatiõe me protraxit, vſque dum inclinatior ego & importunior, tandem extorſi, vt in manus hominum emitteret opus immẽſi laboris & ſtudij: ſed quod magis aſſeuero, intentiſſimi pretij. Nã primus (ni fallor) hoc argumẽtum aggreſſus eſt: & quia eminens & excellens, ſic ex multis aliis eius ſcriptis, vt primũ daret, hortator fui. Debent illi multum, qui cupiditate diſcendi tenẽtur. Nam præter argumentũ, qđ planè medicũ eſt, varia de vſu roſarum poſſunt hauriri: multiplex eñ fuit in delitiis, ſecũdis menſis, & corollis, tum in balneis, & leuigãda cute, præcipuè apud Silices. Reliquum eſt, vt te benignum lectorem exhibeas. Nam ſi ſenſerit

placuisse, qđ minimè dubito, non desinet, quoad longè cultiora in dies præbeat. Sin minus, exiguam & laboris & diligentiæ arbitrabi tur se fecisse iacturam, dum mihi, id est, amico obsecũdasse videtur. Quam quidem ego ob acre iudicium, & scientiam optimarum artium, tum suauissimos mores, dulcemq́ue illam studiorum coniunctionẽ, qua summa inter nos beneuolẽtia nos astrictos reddit, vehementer amo, atque in nomine eius libentissime acquiesco. Verùm Ludouici Gothomani, nobilissimi doctissimiq; viri cõmendatio, abunde satisfaciet, quæ augustior & excelsior est, q̃ vt temere quis censuram interponat.

Vale.

CLARISS. AC DOCTIS-
ſimo Medico Doctori Didaco
ferreo, Nicolaus Monardus
S. D.

NVper dum meos libros euoluerem, vir doctiſſimè, venit in manus libellus de Roſa & partib. eius, magnifico, generoſoque, Ludouico Gothomano dicatus: viſum enim mihi fuit libellum non ſatis accuratum optimo ac ſupremo mittere Medico. Eo conſilio ipſum ædidimus, vt reddamus amicum cautum & prouidum. Quis enim non videat, plus eſſe à Medico quàm à morbo periculi: cum & morbus alius ꝓ alio curetur, & calida ꝓ frigidis remedia offerãtur: vt teſte Plinio, Nullum ſit in medicina mendacio periculum maius, quando in ea, vel

minimum erratum citra vitæ humanæ detrimentum esse nequit. Non meum est in hoc labore suggillare grauissimum Mesuem, sed veritatem in lucem prodere, cùm veritate ipsa nihil habeamus antiquius. Veterum enim professorũ legimus morem fuisse, vt veri inueniendi gratia, si quid à scriptoribus perperam dictum fuisset, id corrigere, & emendare vellent, neq; amicis, & præceptoribus parcerent, modo veritati consulerẽt. Sic Aristotel. præceptorem suum Platonem, Varro Lælium, Cæselium Sulpitius, Hylarium Hieronymus, rursus Hieronymum ac Ambrosium Aurelius Augustinus reprehendit. Et alij quoque permulti leguntur, quorum æmulatione, bonæ artes illustratæ sunt,

& creuerunt maximæ. In hoc autẽ libello non improbatur Arabs, neque petulanti nec contumelioſo ſermone res agitur, ſed literis & eruditione certatur. Quem Doctor eximie, ſub tua protectione ædidimus, cùm omniũ noſtræ rei medicæ ſis doctiſſimus, quod non ſolùm nobis, ſed cæteris etiam nationibus compertum ſit: & manifeſtaria nobis, tum ex ſcientia ipſa, tum ex ingenio, eruditióeq́;, notitia eſt. Tuæ namque laudes vniuerſum orbem implerunt, vt ipſe maiorum Principumq́; tanq̃ medicorũ Archiatros ſelectus ſis. Has tandem Doctor eximie accipe ieiunas, inopesq́; lucubratiunculas, tuum implorantes auxilium. Vale, & tuum Monardum ama.

PRÆSTANTISSIMO
Doctiſſimoq́; viro, Domino
Ludouico Gothomano,
Nicolaus Monardus
Medicus, Salutē
plurimã, & fœ
licitatem.

SVperiorib. diebus cū de euerſione ſcientiarū ſermonem fecerimus, ſatis iam illic deploratū̃ eſt, q̃ ab hominū vſu longe diſceſſerint: ſed & quo pacto ad nostandem redierint, planè oſtendi: quę quidem velut ex tenebroſo antro ad ſuperiores auras videntur prodire. Ac Medicinæ maximè ars, quippe quæ poſt egregiam illam eximiamq́; priſcorum cateruam, adeò cōculcata iacuit, atq; à mortalium vtilitate aliena, iam & ſopita videbatur, vt meritò periſſe dicatur. Noſtra verò tempeſtate

ita

ita iam ſurrexit è tenebris,vt qua
ſi Hippoc. Galen, Pauli, aliorũq;
Græcorum fortunata huc remea
uerit ætas.Illi nanque ita præcla-
ra viguere doctrina, vt memoria
eorum,famaq; in æternum viuat.
Nullus iã locus eſt,nullaq; regio,
vbi non omnes Medici magno cũ
honore ipſorum methodum pro
fiteãtur, ſimulq; eam ad hominũ
vtilitatem inconcuſſè teneant.
Arabica autem ſcientia, tametſi
magna & propemodũ verax fue-
rit,nonnunquam tamen à verita
tis tramite deuiat. Cuius errores,
Arabibus ne imputem,an potius
iis, qui ex Arabico illam in illati-
num vertêre ſermonẽ, incertum
habeo. Atque hæc quidem nõ ſi-
ne noſtro periculo in vſum vene-
runt. Quapropter operæpretium
eſt

eſt, vt medici in curandis morbis ab illis ſcopulis declinent, ſemper præ oculis habeant: quorum vnum præ cæteris maximum grauiterq; vitandum nuper inueni. Quidam namque Arabs inſignis quidem in hac re medica, & cui vniuerſa medicorũ caterua Euangeliſtę nomen imponit, Roſarum ſuccum calidum eſſe ſcribit, quod medicorum ferè omnium ita animis inſidet, ac ſi ea vna raráque in arte medica ſit veritas. Atque primo ſtatim ſtudij mei tempore ſic mihi hoc habebam perſuaſum. Vbi autem cum ætate ſimul acreuit ſcientia, frigidum potius eſſe ex Gręcorum voluminibus excepi. Quantum autẽ ad humanam ſalutem conferat, medicinarum temperaturam agnoſcere, doctiſ-

ſimo cuiq; cenſendum relinquo.
Vt enim artificis cuiuſlibet eſt, cō gruentia ad munus ſuum inſtrumenta cognoſcere, ita quoq; medicinas quaſque, earumq; qualitates diſcere, ad Medicum ſpectat. Quare neceſſe eſt, qui Medicā artem profitentur, eos diligenter agnoſcere, quæ quibus herbis medicinisve attribuātur qualitates. Sunt enim, qui ſæpius moniti in viam redire recuſant, qui tanquā cæcutientes à veritate diſcedunt, & viris ſapientib. aſſentire nolūt. Quibus nec hanc noſtram lucubrationem exarauimus, ſed iis potius, qui candido animo ad veterem medendi rationem aſpirant. In hoc opuſculo hæc mihi expedienda ſunt, Quid ſit Roſa, quod paucis admodū aperiam: & quas

con

contineat partes, & quæ illis ſint indita nomina: quod vtile ſpero futurum. Deinde, ratione atque complurium Medicorum authoritatibus, quopacto Roſarum ſuccus non ſit calidus, ſed frigidus, monſtrabimus. Poſtremò verò, quia de Roſa cœptus eſt ſermo, q̃d de Alexandrinis Roſis intelligam, exponam, quaſq́ue habeat vires: Hoc itaque quàm potui breuiſſimis verbis apertum, ac examinatum, tibi nuncupandum cenſui, quod ea benignitate accipies, qua tui ſimiles aliorum dedicationes ſolent admittere, vt ſub tanti viri patrocinio protectum, dum nihil pretij, nihilq́; grauitatis ex ſe fert, eruditorum auribus non indignum, noſtrorumq́ue manibus geſtandum, ex tuo limine prodeat.

Quod

Quod mihi promittit progenitorum tuorum clariſſimus ſanguis, præſertim quòd nobilitas iſta tua literis Latinis, & Grȩcis, tanquam gemmis auroq; veſtita, maius aliquid, & quod debeant gentiles tui, pollicentur. Atque haud dubiè intelligo, tuam mihi non defuturam bonitatem, qua noſtram hanc opellam admittas, in quo ſatis habebit patrocinij contra inuidos oſores: quæ ſi tibi nõ diſplicebit, animum mihi ad maiora tibi dicanda concitabis.

NICOLAI MONAR-
di Medici Hiſpalenſis de Succi Roſarum temperamento,
LIBELLVS.



Erbarum inuentum tanti olim exoticis exteriſq́ue gentibus momẽti fuit, vt earũ inuentores primos principesq́; non tantùm humanis honorib. verùm & diuinis extulerint: quoſdam enim ex iis pro diis coluerunt. Quoniam Æſculapius Apollinis filius ſub Chirone in re herbaria peritiſſimo magiſtro, ſic doctus euaſit, quòd inter Deos in cœlo relatus eſt, quia Panace herba q̃plurimos homines ex morte ad vitam reuocauit. Hac forſan ra-

ratione Mercurius, q herbam Moly inuenit, apud priſcos pro Deo habetur. Et de Orpheo, ob herbarum inuentionem, miranda prædicarunt antiqui. Quippe qui & alij q̃plurimi, vt maiorem famam gloriamq́ue attingerent, teneris herbis nomina ſua cõmittere non grauantur: quẽadmodum Nicander narrat de Alcibio, ſic dicta ab inuentore, & de lyſimachia à Lyſimacho, vno ex Alexandri principibus. Mithridation vero à Mithridate rege Crateuas eſſe inuentam affirmat: ſicut Gentianam à Gentio rege Illyriorum. Climenos herba atque Eupatorium regia nomina poſſidẽt. Artemiſiam verò, Mauſoli vxor ſuo nomine conſecrauit. Hoc diuerſi populi, regionesq́ue factitarunt. Quorum no-

nomina insita herbis vsq; ad nostram ætatẽ perennia sunt: Quod multi Principes, præclarique viri summa cura elaborarunt. Quoniam magnis sumptib., supremis ædificiis, metallicisq́; tabulis, sui recordationem posteris committere vndiq; legimus. Et temporis vetustas (quæ omnia consumit) potuit abolere. Sed q teneris herbis tremulisq́; foliis se cõmendarunt, famam memoriamq́; vsque ad nostram ætatem consequũtur. Quorũ nomina Plinius satis diffuse meminit, inter quos præcipuus & cui in hoc negotio datur palma, Dioscorides fuit, qui cæteris omnibus antecellit: graphicè'em (vt aiunt) veris suis iconibus, propriisq́; depinxit coloribus. Huic Galenus in herbarum cognitione

magnã adhibuit fidem. Quod cæteri prædicãt, & omnes teſtamur. Ex iis quãplurimi de vnica herba ampla volumina ædidere, de qua mirandas facultates ſcripſerunt. Inter quos Apuleius Madaurenſis philoſoph. Platonicus de ſola Betonica librum in medica facultate nõ ſpernendũ conſcripſit, quẽ à Chirone & Æſculapio dicitur accepiſſe. Iuba rex & diligens herbarius celebrauit inter alia Euphorbiũ. Themiſon auditor Aſclepiadis, etiam vulgarem herbam plantaginem extulit: Pythagoras Scyllam: Chryſippus Braſſicam: Xeno Stoicorum ſectæ conditor, capparim: Marchion Græcus Raphanũ: Heſiodus maluam: ſicut Archigenes Caſtoreũ. Vites & vina, ornata eloquentia Euchronius, Conia

des,& Aristomachus propriis codicibus extulerũt & probè laudarunt. Nos autem hos doctiss. vetustissimosq; viros imitati, nõ de herba, sed de vnico flore has lucubrationes construximus. Hunc. n. florem si defecatis oculis ꝓspexeris, inter omnes magnopere laudare debes. Qm̃ ad multa, & diuersa in re medica conducibilis videtur.

Quapropter viri studiosissimi de Rosa & partib. eius erit impræsentiarum nostrum institutum.

PLutarchus ille Philosophorum suo tempore maximus Rosam à græco vocabulo ῥόδον, nomen duxisse refert: quia largum spirat odorem, ideoq; fragrante pulchritudine celeriter emarcescit, refrigeratq; non ineleganti cõspectu, cuius planta Rho-

do

donia appellatur, ſicut & Roſariũ eandẽ dicimus. Inter arbuſta con numeratur. Amat ruderata loca. Seritur vt arundo: quandoq; etiã radices eius viuæ integræq́; tranſ plantãtur. Adurũtur, aut incidun tur, vt per plures annos longius durẽt. Soletq́; ea ipſa è loco tranſ mutari, vt melior planta fiat. Florem emittit iucundiſſimum, inter rubeum & album colorem medium habẽs, cæterisq́; floribus odoratior, atq; in ſua iuuenta flo- rida longum ex ſe latumq́; diffun dit odorẽ. At è ſenecta exareſcẽs, cõminus odorem tribuit. Tempo re verò ſereno diffuſius fragrare ſolet. Cuius folia ꝑ initia albicãt, pòſt verò prærigido nimiũ Solis æſtu in purpureũ ac puniceũ co- lorem abeũt. Quare poetæ ipſius

pulchritudinẽ admirati, iocandi fabulandiq́; ſumpſere anſam, Roſam prius albam fuiſſe referunt, poſtea verò cruore ſauciæ Veneris infectam, in eum qui nunc in ipſa cernitur colorem tranſiuiſſe. Hac ratione Veneri ſacra eſt, & fortaſſe non abſurdè, qa ſicut Roſa breui viget, & ita Venerea voluptas. Præcoces quoq; ipſas ac intempeſtiuas oriri faciemus, ſi vnius palmi ſpatio à planta foſſuram in gyrum feceris, & aquam calidam bis in die infundas. Hic flos apud veteres celeberrim⁹ extitit, tam in coronis q̃ in medicamentis. De quo multi multa referũt. Plini⁹ aũt in.vj.partes roſam diuidit, quæ ſi nomine, virtute tamen parum differũt. Diuidit Roſam in flores, folia, & capita. In fo

lia diuiſa duas rurſus habet par-tes, alteram quæ extremitates vocãtur, quas Lobos Aſclepiades, & Dioſcorides Onichas appellarũt, nos verò Vngues, quæ ſunt partes illæ albæ, quæ capiti ipſius Roſæ proximę ſunt. Altera pars eſt rubicunda, quã Seplaſearij ad Rhodoſaccharum conficiendũ prępa-rant. Vnde huiuſmodi roſę Exungues à reſectis vnguibus ſolent appellari. Exungulãtur vero roſarũ folia cùm in conditurìs adhibentur, ne facile putrilaginem aſpgine contracta ducant. Flores verò vt oẽs prædicant, ſunt partes illæ habẽtes colorẽ luteum, q̃ quaſi capillamenta ſunt in earum medio, ſub quibus lanugo quædã exiſtit, in qua eſt ſemen. Caput, ſunt partes illæ ſolidæ, ex quibus flores &

folia prodeunt, quod calix nominatur. Sunt Roſæ ſpecies complures, iuxta regionum diuerſitatem. In alia .n. regione ſunt rubicũdiores, alibi autẽ plurium foliorũ, apud quoſdam odoratiores & rubicundiores, quales ſunt quæ Toleti legũtur: ſuperant enim hæ oẽs Hiſpaniæ roſas & fragrantia & rubore. Roſæ vſus in arte medica (Homero teſte) quondam extitit, pòſt verò in diuerſis medicamentis ob tantam eius excellentiã vſi ſunt illa Medici. Fiunt ex Roſis cõplura medicamẽta, ſicut oleum roſaceum, quod virtutẽ habet refrigerãdi, ac medendi calidis morbis. Etiam vnguẽtum ex Roſis fit quod inflammationes placat: *Syrupus*, qui calorẽ febrium arcet: Saccharũ roſaceum, quod ſtoma-

chũ

chum, & cor calidũ firmat. Melli verò roſaceo nullam vim calefaciendi, neque infrigidandi Meſue adhibuit. de hoc vero poſtea. Aqua vero roſarum, quæ per ſublimatorium extrahitur, mirum in modum frigefacit, & inflãmationes repellit. Etiã Roſæ ipſæ diuerſa antidota ac medicamenta, quæ ad ſalutem humanam nõ parum conducunt, conſtituunt, quibus roſæ ſunt baſis & fundamentum totius compoſiti, velut Diarhodõ à roſis nuncupatum, vtrunq; Aromaticũ. Roſata nouella. Syrupus qui Diarhodõ ſcribitur. Paſtillos etiam ſuo nomine cõſecrauit, qui ex Roſis fiunt, & quos Diarhodon vocant. Omnia hæc roſarum ſibi vendicant nomen, aut quia maiorem partem conſtituunt compo-

 ſiti,

ſiti,aut quia ipſis vigorãtur,vel ad temperamentũ,& correctionẽ aliquarũ medicinarũ commiſcẽtur. Velut Meſues ꝓ rectificatione Scamonij ſucco Roſarum vtitur, in q̃plurimis locis. Quod factitauit Auicẽna,lib.iij. quo Syrupum roſaceum laxatiuũ, ex Scamonio & ſucco Roſarũ,cum Saccharo condidit. Et alia q̃plurima,quæ breuitatis cauſa dimittimus. Quæ omnia medicamenta,quæ ex Roſis fiunt (ſi attẽtè proſpicias)tam apud Græcos,Arabesq́ue,ad nihil aliud videntur prodeſſe,quàm ad inflammationes, & calidos morbos expellendos. De aliis Roſæ partibus,quas Plinius diuidit,nõ memini me legiſſe illas ad aliud prodeſſe,quàm ad refrigerãdum, comprimendumq́;. Et nullam ea
rum

rum partem calefacere adhuc in monumentis Medicorum inuenio. Meſues Arabum doctiſſimus ſuccum Roſarum eſſe calidæ temperaturę ſcribit: quòd nullum attingat gradum caliditatis (vt ipſe retulit) impræſentiarum oſtendere inſtituim⁹. Quapropter veſtrũ erit, meam hanc lucubrationem, qualiſcunque ea ſit, diligẽter ſpectare: vt tanquam veritatis amatores veram rei cõtemplationem potius, quàm opinionem proſpiciatis. Hoc negotium habuit anſam à Ioanne cognomento Meſue, qui lib. de ſimplicib. medicinis cap. de Roſa, ponit ſuccum Roſarum eſſe calidæ temperaturæ, qđ eſt præter omnem rationem, & contra omnium Medicorum doctrinam atq; opinionem. Quam

obrem vt huius rei veritas clarius eluceat, aduertẽdum eſt, quòd ad cognitionem temperaturæ medicinarum, Medici omnes duo nos præcipuè docent, Rationẽ & Experimentũ. Quorum neutro ſuadere mihi poſſum, quòd Roſarum ſuccus gradũ caliditatis attingat: cùm guſtus, neq; experimentum ſint, quæ hoc mihi demonſtrent, nec ratio, quæ ad hoc conuincat: maximè cùm Roſa ipſa, vt Meſues teſtatur, & cæteri prædicant, infrigidet in primo ordine, & oẽs eius partes hunc ordinem ſeruẽt. Succus verò Roſarum, qui per expreſſionem ſubducitur, manifeſtiſſimè virtute frigida pollere videtur cum partes aqueæ ſunt eæ, quæ ꝑ expreſſionẽ ſubtrahuntur, ex vnguibus, & folijs ipſius Roſæ: qua-

prop-

propter easdem vires, & facultates habere debet, quas & folia & vngues, quę eiusdem naturę sunt. Quoniã Arist. teste, Omne quòd diuiditur simile est illi à quo deriuatur. Folia nanque Rosarum, vt Galenus, & Aetius docẽt, componuntur ex aqueis partibus, quæ sunt quæ per expressionem extrahuntur: & nihil mirum, si sunt eæ quæ ventrem expediãt, velut Pruna, vt Galen. testatur secundo Alimentorum, quæ humiditatis suæ causa aluum emolliunt. Et licet in parte superiore Rosę inhæreat aliqua caliditas, adeò exigua est, vt in extractione succi ferme tota euanescat: & *si* qua permeat, ob magnam aquositatẽ deperditur. Vnde & si Rosa sit in primo ordine infrigidãtium, hac ratione suc

cus

cus remanet in secũdo, quoniam illæ partes calidæ, quæ erãt in Rosa, deperditæ fuerunt in succi expressione: quod experimento cognosces, si vel pauxillum ex eo biberis, saporem acerbum atque austerum in eo senties, qui constrictiuã virtutem manifeste demonstrat. Per gustum enim diiudicantur naturæ medicinarum, vt Galenus libro quinto de simplici medicina nos docuit. In gustu autem (inquit) omnes similiter gustabilium corporum particulæ in linguam incidunt, sensumq́ue mouent pro sua natura singulæ. Et si per odorẽ diiudices calidam temperaturam Rosam habere, in eodem Libro ipse Galenus capitulo. xxij. affirmat, ex odore de sensibilium temperatura cognoscere

non

non poſſumus, vt ex guſtu. Quod ſi cauillator arguat, quòd partes rubeæ ſuperiores Roſæ, ſunt eæ, quæ calorem miniſtrant ipſi ſucco, hoc potius eſſet attribuendum infuſioni Roſarũ, in qua tantummodo permeant partes illę ſubtiles rubeæ, quę dant ei amaritudinem & ruborẽ, quæ quidem tranſeunt in infuſionem: quod cognoſces ex ſapore, quo amaritudinem manifeſtam ſenties. Quapropter potius diiudicarem infuſionẽ habere vim ſolutiuam, quàm ſuccum: cùm in infuſione ſint partes illæ ſubtiles, quæ poſſunt facere ſolutionem. Meſues autem non ad aliud infuſionem ſaccharo confectam comprobat, quàm ad morbos calidos, febrium aduſtiones, pectoriſque calorem. Et

ſu-

ſuper colorem, ſuccum Roſarum, quoniam rubeus eſt, dices calidã temperiem poſſidere. Audi Galenum Libro de Theriaca ad Piſonem, ab hoc errore nos auertentem: Neque enim calcem (inquit) quòd candida ſit, quemadmodum nix, viſu duntaxat frigidam iudicare, ſatis eſſe cenſemus: neq; Roſam quòd rubea ſit, ideo illam calefacere, ſtatim pro certo habemus: ſed vnà cum viſu, ſenſum quoque tactus adhibentes, calidam quidem illam, adeò vt vrat, certò inuenimus: Hãc verò quòd frigiditatem econtrario in ea tactu percipiamus, ex refrigerantium numero eſſe, firmiter habemus perſuaſum. Hæc Galenus. Quod ſi vlterius hoc cognoſcere cupis, lege eundem Galenum libro

bro primo de ſimplici medicina, in quo Galenus nos docet, non debere diiudicari temperaturam medicinarum per colorem : Et quòd Roſa, licet rubra ſit, inter medicinas frigidas connumeratur: quod etiam congruum videtur eius ſucco. Sunt complures rationes, quæ poſſunt ad hoc probandum in medium adduci, quas breuitatis gratia miſſas facimus. Sat nanque eſt viro erudito viam aperire. Sed ad antiquorum doctrinam accedamus, quid in hac re nos doceant. E quibus Aetius Amidenus, vir ſanè in re medica à Galeno ſecundus, is primus me ab hoc errore illuſtrauit, qui capite primo libri primi, cùm de medicinarum ſimplicium facultatibus, ex mente Galeni diſ-

ſereret, ſic ſcripſit. Diſponantur ergo inſignioris doctrinæ gratia ordines iſti, & ſingulis ordinibus, peculiares medicinæ conſtituantur, vt ſub primo infrigidandi ordine, Roſaceum oleum, aut Roſa ipſa collocetur. Et ſub ſecundo eiuſdem Roſæ ſuccus. Hæc Aetius. Quidnam euidentius monſtrare potuit, ſuccum Roſarum frigidum eſſe? Hic quidem cùm de Melle Roſaceo, libro quinto ſcripſit, hunc in modum confirmat. Mel Roſaceum, tres quidem partes ex colati ſucci Roſarum exectis vnguibus, mellis vero admittit partē vnam, conficitur calido Soli plurib⁹ diebus expoſitum: id vero leniter adſtringit, refrigerandi'que poteſtate pollet, & ad morbos calidos, æſtuantes'que febres affir

affirmat ſubuenire. Auicenna verò Arabicæ ſectæ princeps, huius negocij non immemor, inſequens Aetij veſtigia, ſicut & in alijs multis, Fen. quinta tertij canonis, de cura corizæ & catarri, *ſic inquit:* Oppoſitio autem cauſæ efficientis calida quidem eſt, vt ſis ſolicitus, in infrigidando caput, cum eo quod eſt infrigidans, frigidum potentia. Et reliqua. Et poſtquam ipſe princeps longam digreſſionem, medicinarum frigidarum, tam interius quàm exterius cum irrigationibus, vnctionibus, ex rebus refrigerantibus monuit, inquit: Et declinatio cum cibis ad illud quod alleuiat & infrigidat & humectat, & adminiſtratio mellis Roſati omni die. Hæc Auicen. Quibus verbis confeſſus eſt, Mel

rosaceum potentia pollere infrigidandi, postquam inter medicinas frigidas connumerat, ac tanquã præsentaneo remedio ad catarros calidos omnibus diebus vti iubet. Quod Mesues videtur assentire, quando in Anginæ curatiõe sic docet: Et in calida quidem materia administretur, sicut mel rosatũ. Et parum pòst: Et ex eis est, Succus solatri cum melle rosato. Præterea Galenus errorem hunc omnino destruens, libro decimo, q Methodus medendi inscribitur, Succum Rosarum esse intensæ frigiditatis nos docuit. Quando curando p initia Erisipelas, & Phlegmones, postquam vsus est, Semperuiuo, Mandragora, Lenticulis ex lacunis, succo Intybi, quam nos Cichoream vocamus, atque aliis

q̃plu

q̃ plurimis medicinis, quibus eſt frigiditas ſumma. Eſt verò (inquit) ad talia ſalutare medicamẽ Roſarum ſuccus frigidus, vnà cũ polenta. Quod eiuſdem Therapeutices quarto, inter medicinas cõſtringentes & infrigidãtes ſuccum Roſarum conſtituit, dum dicit: Ergo internis vlceribus opitulãtur Hyppociſtis, & Balauſtium, Citinis punicorũ, & Galla, & Malicorium, & Rhois, & Roſarũ ſuccus. Quibus Galen. & cæteri Medici clarius Sole ipſo demonſtrãt Meſuem hallucinari in cognoſcẽda temperatura ſucci Roſarum. Et vt euidentius hoc negotiũ animaduertas, afferã, quo pacto Meſues in hoc ſibimet repugnet, qui multis in locis demonſtrat, Succum Roſarum frigidam tempera

turam poſſidere. Ipſe enim in Libro ſuo de rectificatione medicinarum, cùm de correctione Scamonij ſcriberet, laudat Scamonium (quæ quidem medicina valde calida eſt) coctum in Succo Roſarum, nō propter aliud, niſi quia obuiat ſua frigiditate caliditati ſuperfluæ Scamonij. Hoc etiam confirmat cùm de Roſa loquitur, Et ingreditur (inquit) Succus Roſæ. Et Roſa ipſa, & ſimiliter Oleum eius, in rectificatione medicinarum acutarum, ſicut eſt Scamonia, & Euphorbium, & ſimilia.
Atque idem hoc euidentius inſinuat, cap. de Scamonio, ī eius correctione, ſic docens: Secundum eſt, quoniam inſunt in ea caliditas, & aqueitas, habiles inflammare, propter quod eſt facile faciens

cadere in febrem, & ſitim. Ft paulò pòſt, inquit: Obuiamus ei qđ diximus in ſecundo, miſcendo ei in decoctione aliquid virtute refrigerātium, & operando, vt frangatur acumen, & inflammatio eius: & ad hoc auxiliatur nobis coctio eius cum eis quæ extinguūt, & leniunt, ſicut eſt Muſcillago pſillij, & aqua, & carnes prunorum, & Succus Roſarum. Quibus ſatis lucidè monſtrare videtur, potius frigidam temperaturam Succum Roſarum, quàm calidam poſſidere: quoniam ipſe ad morbos calidos bilioſoſque tanquam frigidiſſimum medicamentum adhibet: & multis in locis, ad febres cholericas, & inflammationes extinguēdas, affirmat ſub-

uenire: & ad repellendum, comprimendumq́ue, veluti in Angina, pro vltima infrigidatione, Succo Roſarum vtitur.

Quapropter ſi Galeni, Aëtij, Auicennæ, & aliorum doctrinam profiteri vis, nullam aliam temperaturam in Succo Roſarum cốſtitues, quàm frigidam. Propterea non eſt autoritati eius tantum tribuendum, vt veritas deſeratur, quæ ſola multò charior debet eſſe cuilibet bono viro: Siquidem ratio ipſa, ac deinde tantorum virorum teſtimonia, econtrario verſentur. Neque omnino in hoc eſt culpandus Meſues, qui ſuo tempore in re Medica, inter Arabes palmam obtinuit, ſed potius (vt exiſtimo) interpres, qui ſicut alios,

os, hunc locum vitiauit: pro frigido enim, calidum esse succum interpretatus est, quod alijs locis, vt nosti, satis manifeste ipse Mesues dictitauit. Hęc igitur ad cognitionem temperaturæ Succi Rosarum sufficiant.



NICOLAI MONARDI

DE ROSIS PERSICIS, SEV ALEXANDRINIS.



VONIAM ad hoc congruere videtur (quia de Rosa hucusq; diximus) non nihil etiã de rosis Persicis, quæ Alexandrinæ communiter appellantur, tractare existimaui oportere. Quoniam & si apud magnates, omnesque alios gentiles celeberrimum sit solutiuum, tamen apud aliquos nostræ rei medicę professores earum facultates occultantur. Sunt ergo

Ro-

ſaria hæc veluti noſtra, ſed magis arbuſta, inſtar arboris magnitudine, ſed viridiorem colorem habentia. Aculeos plurimos emittunt, quin & acutiores. Folia velut noſtra, ſed ampliora. Florum numeroſiorem quantitatẽ effundunt, quæ quina, aut ſena habent folia. Inter album & rubeum medium colorem ſortiuntur. Ruderatum amant locum: ſeruntur, inciduntur, cremantur, tranſferuntur, ſicuti noſtra. Differunt tamen à noſtris effectu, quoniam hæ per inferna ventrem laxant, illæ verò fluidum retinent. Dicuntur Perſicæ à regione Perſica, vnde prius originem duxerunt. Alexandrinæ autem ab Alexandria, quia illuc, ſicut cætera medicamenta, tanquam ad totius Per-

ſiæ emporium deferuntur, vnde & ad nos vſque deuenerunt, quapropter Alexãdrinæ à nobis nuncupantur. Deferuntur enim ad nos complures medicinæ ex Perſica regione, quæ habent vim diſſoluendi, & per inferiora humores ſubducẽdi: Sicut Scamonium, Rhabarbarum, Aloë, ac conſimilia medicamẽta. Et ſic arbor quæ à nobis Perſica vocatur, quæ Perſiæ venenũ pernitioſum erat, Romam tranſlata prębuit ſalutarem & ſuauem fructum. De qua Columella meminit his verſib.

Et pomis quæ Barbara Perſis
Miſerat, vt fama eſt, patrijs armata venenis,
At nunc expoſiti paruo diſcrimine læti

Am-

Ambroſios præbent ſuccos, obli-
ta nocendi.
Quinetiam eiuſdem gentis de no
mine dicta,
Exiguo properant miteſcere Per
ſica malo.

Et non amiſerunt adeò vires ſuas, quòd apud nos flores huius arboris ſic diſſoluunt ventrem, velut aliud pharmacum violentum. Harum roſarum apud Italos, Gallos, Germanos, diuerſaſque gentes, nunc eſt frequens vſus, quas Damaſcenas vocant, quoniam ex Damaſco nobiliſſima Syriæ vrbe credunt deueniſſe. Apud nos vero, triginta ferè ſunt anni, de qua notitiam attingimus. Apud magnates, & nobiles fuit in primis eſtimabile medicamentum, nunc verò vbique habetur. Ita vt non

ſine

ſine Seplaſiariorum iactura perie-
rit vſus pharmacorum. Quoniam
in deponendis humoribus per in-
ferna abſque moleſtia mirum in
modum alia medicamenta ante-
cellit. Sic laudatus eſt earum v-
ſus, quòd in omni genere horto-
rum, ruderatiſque locis multum
æſtimetur. In primis velut Mel
roſarum cum folijs habuit vſum.
Modus conficiendi hoc medica-
mentum eſt: ex vna parte foli-
orum roſarum, & tantundem mel-
lis. Sunt qui duas partes roſarum
ponunt, & vnam mellis. Poſt ve-
rò ob nimiam curam hominum
in modum Syrupi ſic conficiunt.
Excolati Succi Roſarum partes
duas, mellis partem vnam, redu-
cantur lento igne ad mellis for-
mam. Alij autem vt ſit maioris
ſolu

ſolutionis, macerant folia Roſa-
rum in aqua calida ꝑ aliquot ho-
ras, & expreſſis roſis, iterum alias
roſas ponunt in eadem aqua, &
inde alias, donec aqua rubeat, &
Saccharo Syrupum conſtruunt:
Sunt, qui ad ſextam & nonam vi
cem roſas infundũt, vt exquiſitiſ-
ſime pharmacum ſoluat. In folia-
to debent poni folia vnguibus re
ſectis. Datur ex eo ſecundum ſto
machi robur, communiter exhi-
bentur tres vnciæ tam de foliati,
quàm Succo conſtructi. Sunt, qui
adhibeant cum hac roſarum con-
ditura Diachartamum, Diacido-
nium, Electuarium ex Succo Ro
ſarum, vt vigoroſior ſit operatio,
quod tu conſidera. Cooperiuntur
aliquãdo Roſæ iſtæ Saccharo: ali-
quando fit ex eis tragema, vt de-
le-

lectabiliores ſint. Non exhibentur ſummo mane velut cęterę medicinæ ſubductiuæ, ſed per vnam horam ante prādij acceptionem. Faciles enim mitesq́; medicinæ non multum à cibo diſtantes ſumi debent, quod Galenus nos docuit ſecundo de Alimentorum facultatibus, vbi poſt prunorum decoctum (quod ob ventris ſolutionem ſumitur) cibus non multum differri voluit, hoc præceptum vniuerſale eſſe, omnium medicinarum lenientium, eodem in loco retulit. Quod libro quinto de tuenda valetudine cōfirmat. Nos autem de hac re ſæpe periculum fecimus, hoc pacto: Nam integra pulpæ caſſiæ (quam fiſtularem vocant) vncia exhibita, paulò pòſt cibo accepto efficacius, atque for

tius

tius operabatur, quàm ſi prolixo poſtea temporis ſpatio cibus ſumeretur. Hoc vero non iniuria dictum exiſtimet quiſquam, cùm fiſtularis caſſia adeo benigna medicina ſit, quòd ſi ſpatium intercedat, in nutrimentum conuertitur, quæ cum à natura ad actum paretur, in vapores facilime reſoluitur, qui per totum corpus permeant. Quando parum ante cibum ſumitur, vnà cum cibo ad actum ducitur, vnde ventrem emollit, & per inferna humores ſubducit: quoniam per dulcedinem ciborum fortius ab hepate attrahitur, ac deinde poteſt facilius penetrare, & vires ſuas melius exercere. Arnoldus de villa noua, libello de conſeruanda iuuentute, hanc rem, cæteris omnibus, cla

rius nos docuit, cùm de Caſſia loquitur. ibidem ſic inquit: Et melior acceptionis modus eſt comeſta per horam ante cibum. Et parum pòſt dans rationem: Et dum recipitur (inquit) ante cibum, trahitur de virtute eius ad remotas partes cum virtute cibi. Et ipſe libro, quem de vinis condidit, hoc negotium in hunc modum confirmat. Et quidã in medio cibi granum Aloes recipiunt, & etiam Caſſiam fiſtulam, & ſtatim recepto, ſuperponunt cibum, & operatio bona & laudabilis cõſequitur: & nota quòd medicinæ quæ nõ ſunt violentæ, & ſunt tardæ operationis, & modicæ effuſionis, vigorantur & meliorantur ſi ſumantur cum cibo. Ipſe autem in libro de conſeruatione ſa-

nitatis, quem ad Regem Arragõis scripsit, capite vltimo: Cassiæ fistulę partem internam, parum ante cibum, ob ventris lenitionem, exhibet. Quam rem Vitalis de furno Medicus & Cardinalis, commendatitiam relinquit, quum de Cassïa fistula tractat: Plus etiam (inquit) operatur, si statim ante prandium sumatur. Nõ ob aliam causam Carpius, quum de anatomia Matricis scriberet, sic docuit: Et quamuis Cassia fistula *sit* in numero medicinarum non multum agitantium, nec multum à remotis trahentium, propter hoc non obstat, quòd non sit timorosa in prægnantibus, quia est ventosa: quam tamen ventositatem aliqui corrigũt cum Cinamomo & cum Aniso, vel cum aliis ventositatem

corrigentibus: & detur Caſſia pro minori ventoſitate generanda ante primum cibum aſſumẽdum in prandio, quia cibus ſupra aſſumptus remouet. Hæc ille. Sed Meſues Arabum decus, canonibus vniuerſalib. de medicinis tardè operantibus, quæ ſuum opus efficiunt, lambificãdo, aut lubricum faciendo, poſt earum exhibitionem, ilico, abſque interuallo ſumi cibum præcipit, vt natura roboretur. Qui ampliorem doctrinam de Medicinarum mixtione cum alimentis voluerit, legat Galenum, Raſim, Auicennam, qui non tantum Medicinas has mites alimentis pręparant, ſed vſque ad Elleborum tranſeunt.

Sed tempus eſt, vt ad Roſas Perſicas nos vertamus, quarum vires

&

& facultates ſunt, humores & ex-
crementa per inferna ſubducere,
ſine Sinthomatis illis, quæ frequẽ
tius medicamenta exoluentia ſo-
lent facere. Cætera verò medica-
menta, quæ Benedicta nuncupan
tur, & ſi ſalubria ſint, non expoli-
antur ab aliquo nocumento.
Hoc verò quod ex Roſis Perſicis
fit, non tantùm ab his noxis vin-
dicatur, verùm etiã membris præ
cipuis vim addit, quod ventricu-
lum & interiora corroborant, &
abſque moleſtia operãtur. Vtran
que bilem, pituitamq́ue deponit,
humores ſubtiles, & aquoſitates
potenter attrahit, licet aliqui pu
tent ſolum ventrẽ lenire: Sed no
bis experientia edoctis, ac Auicen
næ autoritate monitis, à venis, &
à toto corpore potiſſimum trahe

re videtur : in affectibus ventri-culi, tam calidis quàm frigidis, & quibus ob ventositatum multitudinem, molestantur, mirabiliter subuenit. Muliebribus malis, vterinisque morbis medetur. In omni morbo, tempore, & ætate, absque molestia per inferna humores subducit. Vnum præ oculis habeas, quòd si ilico post cœnam vnciæ tres huius cōditurae sumantur, mirè operantur : cuius sæpe periculum fecimus.

De Rosæ huius facultatibus memini me legisse apud Auicennam, qui vt Persicus de his Rosis sæpe commemorat. Voco hic Auicennam Persicum, & non Hispanum Cordubæ Regem, vt ferè omnes prædicant, quoniam Andreas Bellunensis Medicus Venetus, ab ho-

dis

iſcrimine propemodum libera-
it, qui affirmat Auicennam eſſe
Philoſophũ & Medicum ſuo tem
pore ſummum in Perſia, ex ciui-
ate Bochara oriundum, quod in
monimentis de vitis Arabum in-
uenit, quod ipſe Auicenna vide-
ur demóſtraſſe, Fen ſecunda pri-
mi, capite tertio, de naturis tem-
porum. Et ſecundo canone. Com
memorat ipſe de his Roſis Perſi-
cis, Fen prima, quarti libri, de cu-
a febris phlegmaticæ, poſtquam
medicinas attenuantes humores
proponit, ſic docet: Et eſt poſſibi-
e, vt conſequatur per eam illud
quod quæritur de lenificatiõe na
turæ, & propriè cum ſolutiuo fa-
cto de ſaccharo roſato ex Roſis ru
beis nominatis Perſicis, quoniam
eſt lenitiuum & ſolutiuum, Et

quando tale ſolutiuum ex Roſis
indiget maiori ſolutione, tunc e
nim noſter Auicenna conſuluit
vt vigoretur cum aqua volubilis
loco cuius damus coctionem ali
quam medicinarum, quam apoz
mam Medici vocant. Aut poſt i
pſas Roſas Caſſiæ medullam cum
penidiis confectam, ad maiorem
lenitionem, exhibemus. Et ipſe
nos docuit in Cap. de cura tertia
næ non puræ, quando de euacuan
tibus medicamẽtis ſermonem fa
cit: Et de ſolutiuis in principiis e
ius quæ ſunt propinquiora æqua
litati eſt aqua Algeleniabim de
cocti. Et deinde ponit Caſſiam, po
ſtea verò Turbith: quia dat tres
modos leniendi ventrem in prin
cipio morborum. Hoc factitauit
Serapius ſexto Breuiarij, quando
dix

dixit: Et euacuamus ipſum, ſi virtus eſt debilis, & caliditas vehemens valde, cum aqua Algeleniabim. Et ipſe de nothæ tertianæ curatione, agens ferè ea quæ Auicenna in eadem cura docuerat, ſic dixit: Si autem neceſſaria eſt lenitas naturæ, tunc oportet vt fiat illud cum aqua Algeleniabim, & Caſſia fiſtula. Auicenna verò in eodem capite, de tertianę curatione, inter medicamenta per inferna humores ducētia, Geleniabim factum cum Roſis Perſicis, vſque ad dragmas quindecim admittit. Et paulò pòſt conficit Scamoniũ & Turbith cum Geleniabim iam dicto. Tertia verò Fen primi canonis, de regimine eius quod comeditur & bibitur, curando repletionem poſt Thripheram, ponit

Saccharum roſatum egeſtionem facientem, quoniam ventrem ſuauiter ſoluit. Ipſe enim Fen terdecima tertij, de cura malitię cõplexionis ſtomachi, cum materia & cura oppilationum, inter euacuantia medicamenta has Roſas conſtituit. Poſtquam verò Cathapotia, Diacidonium ſolutiuũ, Scamonium, cum lacte, pro ſtomachi mũdificatione, ac humorum euacuatione admittit, ſic inquit: Et Geleniabim ſolutiuum eſt maximi iuuamenti in hoc. Et parum pòſt, Et ſyrupus roſatus ſolutiuus etiam. Et propriè in æſtate. Si ampliorem doctrinã vis, audi ipſum principem, Fen vigeſima prima, tertij libri, qui aduerſus appetitum corruptum prægnantium, ꝑ earum ſtomachi mundificatione,

quæ

(quæ ſummo opere Medicus intendere debet) ſic nos docuit: Qđ ſi eius appetitus malus fiat, ſuperfluè ſtude in mundificādo ſtomachum eius, cum eis quę ſunt, ſicut aqua Algeleniabim, facta cum Roſis Perſicis. Hoc præterire nolui, quod p aquam Algeleniabim, nō ſublimationem illam, quam nos modo chymico ſecernimus, intelligas: ſed illam, qua antiqui Medici vtebantur. Noſtris verò temporibus herbæ, radices, flores, per inſtrumentum quoddam, quod Alembicum Chymici vocant, ſecernuntur: à qbus partes aqueæ ſunt eæ, quæ ſegregantur, & partes aëreæ calidæ euaneſcunt vehementis ignis incendio: feculentæ verò in fundo vaſis remanent, tandem quòd ſi bene pſpexeris ſolam a-

quositatem herbarum, sublimatorium nobis tribuit: aliæ autẽ partes aperientes, & consimiles, omnes deperduntur, ac nimio calore euanescunt. Quoniam si Absinthium cum sua aqua conferas, nõ idem odor & sapor est ĩ aqua, qui in herba ipsa erat. Maximè hoc euenit nostris partib⁹, quibus causa maioris lucri tanto incendio subducuntur, quòd non tantùm vires, ac facultates tenerarum herbarum consumunt, sed Milonis taurum decoquerent. Vsurpabãt autem antiqui pro aquis, non has sublimationes, sed ex herbis succos subtrahebant, & post leuem feruorem, vel coctionem, excolabãt, & sedimine facto, supremam ac defecatam partem secernebãt, & illo vtebantur pro Aquis. De
hac

hac Aqua intellexit noſter Aui-
cen. in hac parte. Quantum diffe
rat à noſtris, vos animaduertite.
Raſis Pœnus Medicus excellen-
tiſſimus, Galeni ſimia, decimo o-
ctauo lib. ſui Continentis, de ijs ro
ſis quæ ventrem emolliunt, ſatis
diffuſe in medium adducit, maxi-
mè cùm de Amphemerina febre,
quam cotidianam vocat, ſcribe-
ret: ibidem quãta ſit intentio me-
dici in deponẽdo pituitam in hac
febre non parum monuit: de Eſ-
ſer Medico Arabe dixit: Mollifi-
ca ventrem in hac ægritudine cũ
aqua volubilis, & ſaccharo, aut cũ
vncia vna ſacchari roſacei. Et pa-
rum pòſt ad hoc confirmandum
addidit: Et ſi vis laxare ventrem,
ſit cum duabus vnciis ſacchari Ro
ſati, & tribus vncijs mannæ. Ipſe
cte-

etenim de hoc Saccharo rosaceo solutiuo passim commemorat. Et qui vltra scire appetit, legat suũ vastum pelagus. Quibus omnib. præfati Arabes instituerũt, quòd Rosæ Persicæ deponant humores per inferna: & quotidianas, tertianasq́; patientibus, sit salutare, & domesticum solutiuũ. Et prægnantes (quibus exoluentia medicamina sunt prohibita) possunt tam salubri medicina euacuari. Quòd si defecatis oculis hoc negotium mauis iudicare, cóspicuè videbis, quàm salubria medicamenta nostris temporibus natura germinet. Tempore nanq; Apollinis, Æsculapij, Hippocratis, aliorumq́ue antiquorum, ignotæ erant medicinæ, quas Benedictas nuncupamus. Vtebãtur enim Scamo-

monio, Veratro, Colocinthide, La ctiride, & his ſimilibus, aut quia homines erant robuſtiores, aut quia hę medicinę mites, erãt tem pore illo incognitæ. De quibus ipſi non abſque cautela, & medita tione vtebantur. Propinabant au tem has medicinas hominib. iam conclamatis, & in ægritudinibus fortibus, velut Epilepſia, Elephã tiaſi, ac conſimilibus morbis. Qua re Plato ille libro de vniuerſo, his verbis nos monuit: Nullo modo ſanæ mentis homini ſuſcipienda illa medicorum purgatio eſt, quæ pharmaciis, id eſt, ſolutiuis mede lis fieri ſolet: morbi enim niſi pe riculoſiſſimi ſint, pharmaciis irri tandi non ſunt. Hæc Platonis ver ba intelligi debent de ſoluentib. medicinis iam dictis, quę ſuo tem

pore fuerunt. Quam rem cæteri Medici, tam Græci quàm Barbari, commendatitiam reliquerunt. Noſtris verò temporibus natura ipſa melior, velut ſaluti noſtrę cõſulens, infirmitatem noſtrę ætatis reſpiciẽs, complures adhibuit medicinas, cùm mites, tum ſalubres: quibus ſine labore atq; moleſtia expelluntur humores, & corpora ſanantur. Nunc verò obtulit nobis Roſas Perſicas, quæ inter medicinas benedictas, benedictiſſima meritò nuncupari poteſt. Placuit adhuc de roſis Perſicis ſeu Alexandrinis commemorare, quò facile pernoſcatis, quòd nec parui certè momenti eſt, medicinam ſolutiuam abſque damno, & periculo ægrotãti propinare, ſuauem quidem ad ſuſcipiendum, atq; vti

lem

Item ad medendum.

Hæc candide Lector, ſubbreuib. annotaui, quæ tamen ſi parua videntur, ſenſu tamen virtutéque, multa ſuboccultantur: Quæ obſecro amicè legens, fideliter corrigas, eius enim cauſa tibi damus. Quòd ſi oſtentandi gratia ædidiſſem, opportunã ſanè ignorantiæ fatendæ anſam præberem.

Vale.



Cùm iam ad calcem perductus eſſet Libellus, & chartæ vacuæ nonnullæ remanerent, Typographus importunis vocibus me impulit, vt opus abſoluerem: ego autem cùm meas chartas panuceas euoluerem, in primis epiſtola, de re non ſatis explicata, ad manus venit: quam obrem eam operi adiunximus, ne hiatus qui proponebatur, venuſtatem libello præriperet atque adimeret.

Vale.



NICOLAVS MONARD.
QVADRÆ SVO.
S. P.



Vantum exhylaratus tuis literis fuerim, non possum scribere: est enim Epistola tua tam tersa, tam varia, tam denique omnigena eruditione ac reconditiore litteratura inspersa, vt à Musis ipsis concinnatã esse, credere par sit: quam cùm legendi cupiditate auidius resero, illud Poetæ contigit, vt cùm cupio sedare sitim, sitis altera creuerit. Quod autem ad nostram amicitiam pertinet, tua virtus, tuæ literæ, ac doctrina, non

tantum me, ſed exteras gentes ad id inuitant. Quantus virtutis tuæ ſit ſplendor, vna eademq́ue omnium accipimus voce: quin palàm Senatus huius inclytæ Ciuitatis, qui te inter omnes Hiſpanię pro Archichyrurgo elegit, confeſſus eſt. Nec immerito: cùm omnibus ijs, quæ ad hanc facultatem conducunt, ſis imbutus: tum quæ ad medicinam pertinent, apprimè eruditus. Antiquo autem Hippocratis, Galeni, aliorumq́ue antiquorum tempore, Chyrurgia coniuncta erat Medicinæ: poſtea verò quàm deducta eſt ab alijs, habere profeſſores ſuos cœpit, in qua pręſtantes principesq́ue fuerunt, Podalirius, ac Machaon Æſculapii filij, qui ab Homero referuntur, vulneribus tantùm ac ab-

ſceſ-

ſceſſibus externis medendis inſi-
gnes. In Ægypto quoque incre-
uit Philoxeno maxime autore,
qui plurimis voluminibus hanc
partem diligentiſſimè compre-
hendit, & multi alij viri ſingula
quædam reppererunt, de quibus
apud Celſum lib.primo ſatis dif-
fuſè ſcribitur. Inter quos, Vir do-
ctiſſimè, aſcribi potes: cùm in te
luceant ea, quæ Galenus noſter
omnium bonarum artium Cori-
pheus nos docuit, Qui operatio-
nem manualem artificioſam, ad
commodum finem pertinentem,
Chyrurgiam eſſe prodidit, quam
tu vnà cum Medicina à primis vn
guiculis profeſſus es. Oportet e-
nim, qui Medicę artis ſcopum at-
tingere debet, à teneris annis ſum
mo opere inſudet, quod Soranus

Ephesius, medicorum suo tempore summus, cùm de probatione Medici scriberet, satis lucidè demonstrat. Nos tamen (inquit) principium sumimus ab eo, qui imbui arti medicinæ inchoat: sit autem ætate illa, ex qua maxime è paruis homines trãseunt ad magnitudiné, quod est in annos vndecim. Hæc enim est ætás apta ad sumendam sacram Artem medicinæ. Hæc ille. Sic enim ad fastigium Medicæ facultatis deuenisti, vt in Complutensi Lyceo Lauream Coronam Doctoratus, non sine multo labore ac eruditione gloriáque adeptus sis, ita vt artem ipsam more antiquo in vnũ redegeris. Cuius candoris tuæq; laudis partibus, ne videar assentari, atq; adulari, in pręsenti missas faciam.

Quæ-

QVæris literis tuis, quid de Aurãtijs ſentiam, & quid de eis ſentiãt antiqui, an apud priſcos ſit habita earum cognitio. Miror tamen mi Quadra, cùm habeas in hac inclyta vrbe doctiſſimos viros, de medicina vniuerſa optimè meritos, qui maiore eruditione, literiſque in hoc negotio poſſint ſatisfacere, ad me vnum venias, cùm eruditione & vſu rerum ſim multò inferior. Præſertim quod ad Aurantias attinet, potius diuinator ſim, cùm non habeam ducem. Sed vt amico & doctiſſimo obſecundem, nõ quod velim, ſed quid ſentiam in hac re, paucis aperiam. Citri, Limones, conſimileſque arbores eiuſdem ſunt naturæ, quæ inſitionis cauſa in alium colorem ac fi-

guram abeunt, & quia de Aurantijs eſt ſermo, opportunum eſt, vt de Citro tanquã de primo earum parente in primis ſit noſtrum inſtitutum. Arbores, quæ Citro nomen habent, duæ ſunt, vna Cupreſſo ſimilis, de qua celebres illæ menſæ quas memoraſti fiebant. Altera verò quæ Citria mala fere bat. Hæc enim humilis eſt, omnibus nota, omni tempore pomifera, ſemper prægnãs, fœcundáq;, vt trium annorum fructum habeat: flores emittit iucũdiſſimos, pomum oblongum, interdum rotundum, aliquantulum rugoſum, colore aureum, odore gratum. Arbor eſt non multæ proceritatis, folio lauri conſimilis, aculeos habet acutos vehementer, & rigidos: Apud Medos & Perſas imprimis

fre-

frequens, deinde Palladij diligentia in Italiam tranſlata fuit: poſtea verò in Hiſpania in vſum deuenit, vt nemora & campos occuparet. Antiquitas non veſcebatur, ſed odoris cauſa in vſu erat: ſed magna hominum cura, ex acri dulcem cibum fieri docuit. Alexipharmaca etiam virtute pollet, quanquam Marcellus dubitet, an ſemen aut pomum ſit: quoniam Dioſcoridis relatiuum, tam ad ſemen quàm ad pomum refertur, ſed Plinij doctrina monitus, tam ſemini, quàm pomo attribuit virtutem. Theophraſtus verò totam vim integro pomo aſſignauit, cuius veſtigia Paulus ſecutus eſt. Hoc enim malum inimicum eſt venenis, quod Vergilius ſecundo Georgicorum, ſatis pulchrè his

verſibus prodidit:

Media fert triſtes ſuccos, tardumq́ue ſaporem
Felicis mali, quo non præſentius vllum,
Pocula ſi quando ſæuæ infecêre nouercæ,
Miſcueruntq́ue herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.

Quæ omnia videntur conuenire cum Theophraſto, & Plinio, & alijs: quoniam eſt contra omnia venena prẹſentaneum remedium & contra ictus animalium venenatorum: vt Ruellius narrat eleganti hiſtoria, in hunc modum: Quin & (vt Athenæus refert) omnibus perſpicuum eſt, Citrium malum adſumptum veneficij cuiuſli-

iuſlibet amuletum eſſe, quod à fidem faciente ciue didicerat, qui ſecundum leges ab Ægyptiorum magiſtratib. latas maleficos quoſdam damnauerat nebulones, quò ſuorum facinorum luerent pœnas, feris in prædam exponendos, quos oportebat omnibus beſtijs obiici. Verùm antequam in theatrum deſcenderent, in quo fures & prædones ſupplicia pendebāt, in itinere caupona quædam vicem eorum dolens, ſortiſque miſerta, quæ in manibus tenebat edens, dedit citria, quæ recepta mā ducarunt: nec multo pòſt immanibus & ferociſſimis beſtiis oblati, & ab aſpidibus demorſi, nihil moleſtiæ ſenſerunt. Tum præfectum dubitatio cepit, rogans denique militem, cui reddita fuerat

custodia, si quidpiam edissent, aut bibissent: vbi certior factus est, citrium ex integra simplicitate donatum, postridie iubet vni præberi, & alteri denegari: qui comederat, demorsus nihil incommodi passus est, alter illato ictu confestim interijt: Qua re multis probata, factóque frequenter periculo, tandem inuentum est, omni exitiali medicaméto præsenti esse remedio. Hactenus Ruellius. Sic enim ad diuersas regiones propter remedij præstantiam deuenerunt, & cùm non vescerentur propter odorem & medicamenta, tantum erant in vsu, quod Plutarchus retulit, & Athenæus affirmat. Tunc enim inculta arbor erat, & maximam amaritudinem & acetositatem Citria habebant,

vt non absq; ratione Solinus Plinij Simia, miræ amaritudinis esse scribat, quod homines magna cura peruerterunt, vt Constantinus Cæsar docuit: nam in ouillo lacte semina prius quàm ponerentur, inaduerunt: sic autem ad dulcedinem mutata sunt. Et non amiserunt in tantum suam amaritudinem, nam cortices huius pomi intensam amaritudinem adhuc possident: quoniam si solas degustaueris, illud Solini illis satis conuenire videtur. Non solum ad domesticitatem sunt redacta, sed insitionis causa ad diuersas formas deuenerũt, vt diuersitatis ratione, elegantiores gustu, & conspectu fuissent: tunc verò, vt ꝑ insitioné mortalitati arboris succurrerent.

Arborum ſationem aues primū docuere, deuorato raptim per famem ſemine, & alui madido tempore cum fœcundo fimi medicamine in mollibus arborum lecticis abiecto, & ventorum impetu ſæpius in hiulcas corticū rimas trāſlato. Vnde enata viſitur platanus in lauro, laurus in aliis arboribus: Quo exemplo antiquiores inſitionem inuenerunt: qua mediante miranda in arborib. & fructibus vndique cernuntur, quoniam ex vtraque arbore aliud diſtinctum enaſcitur, quod vtriuſque facultatem ac ſimilitudinem poſſidet: nam Perſica arbore in malo Cidonio inſecta, malum Cotoneum enaſci vidimus, de quo non memini me legiſſe, nec priſci meminerunt. Sic euenit Citro arbori, nam

in malo Punico insecta (vt agricultores docent) in rubrum colorem & diuersam formam abit. Vnde videntur enatæ Aurantiæ, quoniã Aurantiæ malo Citrio nõ absimiles sunt, & cum malis Punicis in rotunditate & colore, corticeve, satis conuenire videntur. Et hoc maximè mihi persuadeo, quoniam eæ frequenter cum malis Punicis coniunguntur, tanquã non multum viribus & potentia ab illis deficiant, quod certè experientia etiam hodie cognoscere, cuique datur: Quum Punicorum penuria Aurantiæ in plerisque locis in vsum veniant, ad corroborandum videlicet os stomachi, ad bilis feruorem, ad sitim, atq; alia q̃ plurima, in quos sanè vsus à Medicis Aurantiæ probantur: Sic enim

nim ab auri colore eas voco, ſiue Arantiæ ab oppido nominentur, impertinens eſt. Has vocant Græci poma aurea, vnde ego Aurantias appellaui. Quàm ſit difficile nomina rerum deriuare vnicuique doctiſſimo relinquo. Vnũ habeas perſuaſum, quòd per inſitionem aduenerũt, veluti alia cõplura fructuum genera, quæ inſitiõis opere habemus, ſicut tot genera prunorum, malorum, perſicorum, aliorumq́; fructuũ. Quis non videat tot genera limonum, & alia, quæ nec Citro, nec limonibus cõueniunt? quemadmodum zamboas torongas, limas, limões, quæ omnia nec priſci cognouerunt. Sic magnificatus eſt inſitionis vſus, vt Aurantiarum ſint plura genera, nam aliquæ ſic habent

cor

corticem dulcem,vt totæ comedi poſſint: aliæ autem in vno pomo duo genera botrorum habent: aliæ verò abſq; ſemine ſunt. Quanta diuerſitas ſaporum in eis deguſtatur,cõmuni relinquo iudicio.

Sat ſit qđ multa ſunt apud nos, & fieri poſſunt per inſitionẽ,quæ in monimentis antiquorum non memorantur,quod noſtris Aurantiis euenit , vt Antonius Nebriſſenſis,(vir in omni literarum genere valde eruditus) in prohemio ſui dictionarij, ſic prodidit: Multa ſunt noſtro ſeculo , quæ antiquitas illa aut penitus ignorauit, aut genere tantum indiſtinctè cognito differentias rerum non intellexit: mala citria vnius tantum generis ac nominis, atque ità vix cognita apud antiquos fuiſſe legimus

mus : Nos verò eius pomi variis generibus nomina diuersa indidimus, cidras, naranias, toronias, limas, limones, appellantes. Hactenus Nebrissensis. Non solùm arborum fructus, sed arbores ipsæ in alium modum per insitionis curiositatẽ deuenerunt: Nam Citrus arbor in Aurantio insecta, ad magnam proceritatem prouenit, & Aurantius in Citro ad tam humilem formam, vt magnitudinem vnius cubiti Aurantius non excedat. Et vt vnico verbo hoc negotium absoluam, per insitionem Aurantias ad nos deuenisse, ꝓ certo habemus persuasum: has enim antiquiores non cognouerunt. Auicenna verò commentario de virtutib. cordis, & lib. j. de vrinis, & lib. v. de antidotis de ci-
tran

trangulis cõmemorat: Quod Mesues factitauit, quando oleum de pomis citranguli ſcripſit, an ſint Aurantiæ, nõdum nobis conſtat. Sed tempus eſt, vt ad aliam Citrũ ſermonem vertamus. Menſę verò illæ mi Quadra, à veteribus decantatæ, quæ ex Citro antiquitus cõficiebantur, ob arboris proceritatem, quòd ex Aurãtio poſſint fieri tuis literis affirmas, qua ratione à veteribus Aurãtias eſſe cognitas deducis, cùm ex Citro noſtra fieri non poſſint, quoniã infima arbor eſt, nõ apta ad tale opus. Non miror quòd in eandem difficultatẽ incidas, ad quam complúres antiquiores deuenerunt. Menſas illas tam pretioſas, præſertim Ciceronianas, nõ fuiſſe ex hac Citro, pluribus conficimus argumẽtis, quo

niam Citrus hæc alia eſt omnino ab ea quæ Citria mala producit: eſt nanque illa Cupreſſo ſimilis. Multum enim differt Citrus noſtra à Cupreſſo. Citrus folia Lauri habet, Cupreſſus verò Iuniperi, Sabinæq́; .In cultu nõ parum diſſentiunt, quoniam Citrus illa montes & loca frigida amat, Aurãtius verò frigora ſupra modum odit, calidisq́; locis familiaris: omitto alia quàmplurima, in quibus differt Citrus noſtra mala citria ferens, à Citro arbore ex qua menſæ illæ fiebant, quæ tanto in pretio habitæ fuere apud antiquos, vt Iuba Rex duas menſas emeret, quarum alteri pretium fuit quindecim librarum, alteri paulò minus. Dion (vt Hermolaus refert) in Neronis vita, nõ Citrias ſed Ce

dri

drinas mensas nuncupare maluit, vt Cedro potius quàm Citro simi les viderentur arbores.

Quibus indiciis manifestissimũ est, alteram esse arborem Citrum, ex qua mensas illas tanto pretio fabricabant, alteram verò esse ma la Citria producens. Aurantius ve rò licet ingens arbor sit, per insi- tionẽ aduenisse talem, pro certo habemus. Multa enim monstra contingunt in natura, vt Aristot. lib. secundo de generatione ani- malium retulit: Animalibus vi- delicet & Arboribus. Animalibus propter diuersorum eorum com- mixtionem. Quod quidem in Li- bya iuxta Nilum fluuium pluri- mæ ferarum species bibendi gra- tia conuenire cogantur, inibique varia mixtura varias mõstrorum

formas, ſubindeq́; nouas naſci. Vnde venit adagiũ, Semp̄ Africa noui aliquid apportat. Arborib. verò accidũt monſtra per inſitionem: nam Talea alicuius arboris in alia arbore certo modo affixa, producitur tertium , quod monſtrum dici poteſt. Sic euenit Aurantio, quoniam per commixtionem diuerſarum arborum (quod per inſitionis opus fit) Aurantius ad nos deuenit: Qđ de Theophraſto dubitatur, ſi Aurantias cognouerit. Ipſe enim lib.iiij.de hiſtoria plantarum ſub nomine Mali Perſicę & medicę, arborem deſcribit, quæ cum Citro non paruam ſimilitudinem habet, & in omnib. quibus Græci & Arabes de Citro & Citria deliniarũt, nihil differt: certum quidem eſt, arborem Ci-
tria

tria ferentem inibi Theophraſtũ intellexiſſe, & non Aurantiũ: quoniam de eius proceritate non meminit, quæ his magna, illis ita deeſt, vt arbuſta potius iudicari poſſint. Nec figurã pomo dedit, quoniam Aurantiæ rotunda, Citri verò oblonga videtur. Ianus Cornarius in cõmentariis Galeni de cõpoſitione medicamentorum localium, Aurantias ſub malis Ceſtianis Galenum intellexiſſe, indubitanter affirmat: quod nec rationi, nec iudicio conſentaneum eſt. Quoniã (vt ego exiſtimo) Ceſtianum, itemq́ue Matianum malum idem eſſe oportet, ſub pomis comprehenſis, & Ceſtiana mala à Ceſtio, ſicut Matiana à Matio appellari poſſint, Vnde nos Hiſpanica lingua Mançana à Matio nuncu-

pamus. Sed tempus eſt, vt frenum calamo imponamus, ne epiſtolæ limites excedamus.

Hæc ſunt Quadra doctiſſime, quæ de Malo citrio, atque Aurantiis impræſentiarum occurrunt, quæ pro oraculis non prodo. Et ſi non probaueris, culpam in te reiiciam, qui arbitrum me inter tam celebratos viros eſſe voluiſti.

Vale.

FINIS.



THOMAS ALVAREZ DO- ctor, in laudem Monardi.

Tu solus sacras extollis Apollinis artes,
Virtute, studiis, moribus, ingenio.
Tu solus tu (quò melius medicare) Galenū
Quæris, vestigas, inuenis, & sequeris.
Tu solus medicas artes sermone decenti
Exornas, condis, comis, & amplificas.
Tu solus medicos libros vel triplice lingua
Explanas, mutas, exprimis, & renouas.
Ergo te merito dixerunt fata Monardum,
Nempe qđ excellas secula nostra Monos.
Est Monadis nomen, Monadis quoque mune- nera præstas,
Et referūt Monadem nomen, opusq; tuū.

ANTVERPIÆ
Apud Ioannem Richardum
in Sole Aureo
An. M.D.LI.


FORT VNA
ROTAT
OMNE
FATV̂